6
21-f
45 M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
11 A
14

Domus S. Mᵉ Magdalenę

~~C 2 f 45~~

COMMENTARIA
IN TRES LIBROS
De Virginis Partu
A SANNAZARO
EDITOS,
DON LAZARI CARDONAE
Presbyteri. V. I. D. Siculi Modicani.

CVM PRIVILEGIO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.
M. D. LXXXIIII.

D. CAROLO ARAGONIO,

ADMODVM ILLVSTRI DOM. ET MECÆNATI SVO.

Don Lazarus Cardona Presbyter Siculus. V. I. D. Salutem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVAM *vehementi animi deſiderio tenear, quibus amoris ſtimulis impellar, quove demum cordis incendio aßiduè curem, Carole generoſiſſime, atque mi admodum Illu-*

*ſtris Mecænas, vt tibi prò viri-
bus aliquatenus gratum face-
rem, eò quia te nouerim præſer-
tim me, meaq́ꝫ omnia ſemper
magnifacere, euidentioribus ſi-
gnis præter verba, quæ cùm ani
mum oblationibus promptiorẽ,
meq́ꝫ ipſum totum tibi, tuiſq́ꝫ
iuſsis pluries paratum, quàm li-
benter obtulerint, ac dicauerint
te non latere hucuſque non igno-
ro. Cùm præterea varijs an-
gar curis, quarum huic huma-
næ mortaliq́ꝫ (quam viuimus)
naturæ copiam non deeſſe com-
pertum ſit. Id attamen, quod
aliquando ocij datum eſt, id il-
lud ne ingenium debita defrau-*

dare-

daretur operatione, & penitus torpeſceret, in diuino de partu Virginis Poemate à Sannazaro edito exponendo conſumere decreui. At quamuis ſanctum hoc, diuinumq́ Argumentum meis humeris longè impar, graueq́ onus impoſiturum haud dubiè crederem, Saluatoris noſtri ortus, cuius ineffabilis recolitur numine, intactæ eiuſdem inuiolatæ Genitricis præſidio fretus, cuius etiam ſalutifer celebratur partus, inchoaui denique, & abſolui. Quod quidem nemini (te excepto) dicandum eſſe, nec ratio ipſa expoſtulabat, nec honeſtas patiebatur.

Debeo etenim tibi plurimùm, cùm abs te tali, tantoque Heroe clariſſima Regum Aragonum progenie, ne dum diligar, verum etiam & amer. Debui inſuper, quod quicquam mihi magis decorum, optabiliusq; nec eſſe potuit, nec poterit deinceps, quod me in tuis nominibus, tuaq́; clientela famulum non pænitendum habuiſti. Debebo præterea, quando hoc qualecunque ſit opus, quemadmodum mihi ipſi perſuadeo, & intrepidè credo à te tanti fieri intelligam, vt non ſolum huius ætatis hominibus, at poſteris ipſis ardentiſſimi erga me

amo-

*amoris tui perpetuum ſit teſti-
monium. Sed quoniam bo-
na illa, quam de te concepi,
opinio, à die quo incredibilis hu
manitas tua te mihi compara-
uit, nunquam falſum habebit,
at in dies deſiderio hoc meo ma-
gis, atque magis conſonantem
facilè ſeſe præſtabit, oſtendetq́ꝫ.
Ne itaque prolixiori ſermone,
ac nimio uerborum concurſu
gratiam tuam alicui aucupari,
& beneuolentiæ maximæ, qua
me proſequeris diffidere uidear,
tacebo. Scio enim quàm opti-
mè in me fouendo te calcaribus
non indigere; vale igitur huma
nitatis decus, atque iterum, &*

diu vale, & tui Lazari cuius vnicum, & infallibile es refugium non immemor.

Panormi ſeptimo Kalend. Iulij, Anno à Virginis partu. 1583.

DI-

LECTORI SALVTEM.

DIVINVM *illud de Partu Virginis opus à Sannazaro editum, & a me ferè decem annis ab hinc interpretatum, quod non (ut verum fatear) vti Horatij memor, & eidem in arte Poetica præcipienti obtemperarem, videlicet ne editio præcipitaretur, nonumq́; premeretur in annum. Nondum imprimendum curarem. At veluti varijs impeditus negocijs, innumeris irretitus curis, & demum infinitis vexatus tribulationi-*

bus,

bus, quaſi obliuioni mandaueram. eò præcipuè, quod legum modo ſtudijs vacandum eſt. Eo verò tempore quo illud interpretatus ſum, nedum iuribus operam nauabam, verum etiam (vt ita dicam) illa non olfeceram. Nunc aſſiduis hortatibus Caroli Aragonij Domini & Mecænatis mei motus, ſed potius eiuſdem iuſſu expreſſo impulſus, cui ſi debeo multum, eidem plurimum velle debere cupio, id perlegere, quo ad potui prius, nonnulla addere, & tranſcribere oportuit. Voluit enim vt is qui mea ſemper magnifacit impreſſioni tradere. Cui vt morem, vti debeo, gererem quoque, & ſeruitutis meæ fideliſſimum redderem erga eum, teſtimonium, ſub nominis ſuo clypeo cùm rationi conſonum mihi viſum fuerit, deſiderio illum non defraudare. Cùm tantopere id ab eo efflagitaretur, deni-

que

que iuſta petenti aſſenſum, vt Iuriſcon ſulti in l. ſecunda. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. ſententia vtar non denegandum eſſe volui. Faueat ergo Deus Optimus Maximus cæptis; & ſi Comes vita erit, deinceps profeſſioni meæ legali conſonantia aliqua editurum pollicear.

Vale Panormi Anno a Chriſtiferæ Virginis partu Sept. Kalen. Iulij. 1583.

AD DIVVM LAZARVM CVIVS, dies feſtus decimoſexto Kalen. Ianuar. celebratur fuit natalis meus. Anno videlicet. 1533. Modicæ.

VIVENS uiuebas, bis mortuus atq; fuiſti
Lazare, uixiſti mortuus ipſe Deo.
Cùm tua feſta Dies iam ſit Natalis in auras
Qua prodij felix, ſæpe uocanda uenit.
Iam uocor & felix, multò felicior almo
Nomine cumque uocer Lazare Diue tuo:
Fac me poſſe mori mundo, dum uita ſuperſtes
Intercedendo, uiuere poſſe Deo.

Excellentis Domini Michaelis Calui, Artium & Med. Doctoris.

CARMINA.

FElix Hyppocrates ſparſit qui ſemina tantũ
Exoluit præſtans inde Galenus opus.
At Sannazarus longè felicior extat,
Quem Cardona graui Lazarus arte polit.
Parthenopæus hēt Doctus, quæ & nobilis author
Parthenij partus, ac monumenta parit.
Quæve docet, parat, aut quæ diſcutiēda Sacerdos
Doctor, & excellens, lucidiora facit.
Hinc animæ, ac animi excerpes ſolamina lector
Doctrinam, quoniam relligionis habes.
Ergo alacer trutines hæc commentaria flores
Tot ſapidos fructus, ſemina & unde leges.

Excellentis Domini Vincentij Fornarij, Artium & Medic. Docto.

DISTICHON.

GABRIEL hic Maria Chriſti prænunciat ortum;
Muſaq; Cardonæ nunciat ingenium.

Ad Christvm Distichon.

Christe *Deus lumen verum de lumine vero*
Factus homo verus. tu miſerere mei.



Ad Virginem Distichon.

Virgo *Dei Genitrix ſuccurre piiſſima nobis*
Funde preces nato, Virgo beata tuo.

IN

SANNAZARII

DE VIRGINIS PARTV

Librum Primum

DON LAZARI CARDONAE

V. I. D. SICVLI MODICANI

Commentaria.

VIRGINEI *partus magnoque æquæua Parenti*
Progenies, ſuperas cœli quæ miſſa per auras.
Antiquam generis labem mortalibus ægris
Abluit, obſtructique uiam, patefecit Olympi,
Sit mihi Cœlicolæ primus labor, hoc mihi primũ.
Surgat opus, uos auditas ab origine cauſas
Et tanti ſeriem (ſi fas) euoluite facti.

VIRGINEI *partus*, &c.] Perpulchrè Poetarum morem ſecutus eſt. Solent nanque in tres partes ſuum diuidere carmen, videlicet in propoſitionem, inuocationem, & narrationem, Poeta verò noſter proponit, inuocat, & narrat. Proponit ut in principio dum dicit Virginei partus &c. Inuocat, ut ibi. Sit mihi Cœlicolæ &c. Narrat denique vt ibi: viderat ætherea ſuperum, &c. Sanè mos iſte obſeruandus fuit, & Chriſtiano equidem ritu. Cùm ſibi hoc ultra vires, humanamque poſſibilitatem (quod de Virgineo partu tractat) argumentum præſtare uoluit: Sed antequam ad textus conſtructionem deueniamus. Inquiſituris & admiraturis fortaſſe eſt reſpondendum prius. Quære re poſſet quiſpiam cur trifariam orſus eſt Poeta inuocationem? cui breuibus (quò ad poterimus) reſpondebimus hoc tamen qua ſequitur ratione. Si rectè conſideretur maximo cũ artificio inuocatum eſt. Nam dirigens ſe Poeta ad cœlicolas, quos non latere cœleſtia patet tractaturus præcipuè de ſublimi, itemque nobili, ſancto, celebri; & venerando ſubiecto (vt diximus) de virgineo partu. inuocat lepidè interponens parentheſim illam (ſi fas) cũ conditionali adeò cùm abſolutè non inuocauerit, ſed ea media opinionem non habuiſſe præcipuam ab eis incipere inuocationem, quod idẽ

videtur ab ipſis cœlicolis poſtulaſſe Poeta con ditionali,mediante etiam in ſecundo,dum di xit Cœlicolæ vos(ſi merui)monſtrate receſſus &c. Neque à Muſis (vt dicemus) non ibimus inficias. Dicendum inſuper eſt nouo quodam modo (vt ita dicamus) & neoterico alijſq; lon gè abſimili vti voluiſſe Poetam: Cùm Poetico aliquo iure non inueniatur cautum à quo in principio inchoãdi poematis vnicum numen inuocare debere quiſq; cogatur: à Muſis nequaquam etiam incipere voluit: ac ſi earũ numine præceteris,aut neglectis, poſthabitiſque cæteris indigere videretur,eoq; magis Poetarum figmenta à veritate procul deuia & aliena eſſe Muſas manifeſtum eſt. Catholicum iſtud,ſanctumque argumentum, mirabilem, ineffabilemque Virginis partum modulans, quem ſanctæ, piæ, veræ, ac orthodoxæ fidei, vnitas pleno ore confitetur, earundem ſuffragia non appetit. valuit itaque illarum imploratum auxilium, in eo quod Etymologia vocabuli (videlicet Poema) in ſe tantum continet requiritque. in quo cùm quis poetatur fabuloſam, fictitiam Poeſim (& ut ita dicere audeamus) laicalem ſcribendo, vt fictorum numen aliquod Deorum, Dearumque inuocet neceſſe ſit. Si ut ad concluſionem perueniamus hæ noſtræ veluti præludiales, præuiden tialesque rationem quas Poetæ nomine & (iu

dicio noſtro) rationi conſonantes hucuſque adduximus cuipiam forte non placerent, quie ſcat, obmuteat, adhæreatque demum Poeticæ illi ſententiæ, quam hic ad verbum ſubdimus velle ſuum cuique eſt nec voto viuitur
„ vno. Et ita noſtram hanc non imaginariam, at rationi conſonam non aſpernabitur opinionem, nec Poetæ ipſi perperam derogabit detrahetque, concludentes igitur Poetæ ſpecialem, & ſanè eligendam fuiſſe intentionem dicimus ipſius Virginis cuius partus ſacratiſſimus, venerandus, omnique laudum præconio celebrandus, extollenduſque canitur, præſidium implorare vti implorat, & optimè dum dicit. Tuque adeò ſpes fida hominum, &c. Sed veniamus ad conſtructionem, & ad ordinem qui talis eſt. Cœlicolæ, ideſt, o ſuperi, aut numina cœleſtia progenies Virginei partus, ideſt Chriſtus progenies & proles Mariȩ Virginis filius eiuſdem partu editi, quæ pro & æquæua ſupple progenies magno parenti, ſcilicet Deo patri. Notandum eſt attributum hoc æquæua ſcitè adieciſſe Poetam, & quàm optimè conſonare, & attribui filium patri æquæuum eſſe. Probat enim hoc Athanaſius in ſuo Symbolo (cuius Poeta meminit) dum di-
„ cit. Æqualis patri ſecundum diuinitatem, mi-
„ nor patre, ſecundum humanitatem, ideſt tanquàm homo eſt patre minor: ſed ſecundum

deitatem

deitatem eſt æqualis gloriæ, ſapientiæ, maieſtatis,& bonitatis & eiuſdem eſſentiæ cum patre. Sed Patris & Filij & Spiritus ſancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna Maieſtas: in alio eiuſdem ſymboli verſiculo idem inquit,vnde Ioannes 10. Ego & Pater vnum ſumus,hoc dixit Chriſtus de ſe in forma Dei, ſeu ſecundum Deitatem. Et idem Chriſtus Ioan.13. Dixit Pater maior me eſt: ait in forma ſerui,ideſt ſecundum humanitatem.Et Sedulius Poeta Presbyter ſanè non pœnitēdus, idemque Catholicus ſuo mirabilium diuinorum libro primo in principio: Quem Gratianus diſt.15.plurimum commendat capite: Sancta Romana Eccleſia, dum inquit: Item venerabilis viri Sedulij Paſchale opus, quod Heroicis deſcripſit verſibus inſigni laude proferimus. Cùm poſſim manifeſta loqui dominumque tonantem. Senſibus & toto delectet corde fateri, qui ſenſus & corda dedit cui conuenit vni Facturam ſeruire ſuam, cui iure perenni. Arcibus Æthereis, vna eſt cum patre poteſtas, Par ſplendor communis apex ſociale cacumen.Æquus honor virtus eadem, ſine tempore regnum. Semper principium, ſceptrum iuge gloria concors,Maieſtas ſimilis, &c.Quæ ſcilicet progenies miſſa per auras ſuperas cœli,ideſt iuſſu Dei patris deſcendens à cœlo ad terras abluit, ideſt lauit labem anti-

Ioan.10

Ioan.13

Sedulius lib.1.

Diſt 15.

quam, ideſt maculam peccati orti à Protoplaſti Parentis mandati diuini tranſgreſſione generis, ideſt generationis humanæ ægris mortalibus, ideſt hominibus à polluta illa radice originem trahentibus, quæ pro & patefecit, ideſt aperuit viam Olympi, ideſt Cœli obſtructi, ideſt clauſi. Sit mihi primus labor, ideſt volens ſcribere de Virginis partu, laborem hunc primum & præcipuum arbitror, hoc opus primum ſurgat mihi, ideſt ad vtilitatem meam ſcribatur. Vos, ſcilicet Cœlicolæ (ſi fas eſt) ideſt, ſi vobis videtur eſſe conueniens mihi altum, profundumque myſterium talis partus reuelare ſeu ediſſere, euoluite, ideſt narrate, & prodite cauſas auditas ab origine, ideſt, quæ fuerint cauſæ, tam mirabilis partus, quas vos à principio audiſtis, tanquàm Cœleſtes ſpiritus Deo reuelante & ſeriem, ideſt ordinem tanti facti, ideſt, tam vt prædiximus mirabilis Diuinique partus.

NEc minus ò Muſæ vatum decus, hic ego ueſtros
Optarim fontes, ueſtras, nemora ardua, rupes
Quandoquidem genus è Cœlo deducitis, & vos
Virginitas, Sanctæq; iuuat Reuerentia famæ
Vos igitur, ſeu cura Poli ſeu Virginis huius
Tangit honos, mõſtrate viã, qua nubila vincam.
Et mecum immenſi portas recludite Cœli

Magna

Magna quidē,magna Aonides, ſed debita poſco
Nec vobis ignota,etenim potuiſtis & Antrum
Aſpicere, & Choreas: nec uos orientia Cœlo
Signa,nec Eoos Reges latuiſſe putandum eſt.

NEc *minus,ò Muſæ,* &c.] Tangit ſecundam inuocationem,ſeu ſecundam inuocationis partem, aſſerendo Muſarum fontes, rupes, ardua nemora, optauiſſe ex quo non aliud intelligitur,quàm ſentijſſe Poetam oportere vates madefieri,ſeu aquis ablui Caballini fontis ipſis Muſis ſacri, vt ijdem fabulantur. Poſtquam Perſeus Meduſam interemit ex ſanguine natus eſt Pegaſus equus alatus volauit inde in Helicona, vbi ſaxum vngula feriens fontem aperuit, qui poſtea Muſis conſecratus eſt. Muſæ verò Cùm ex Mnemoſine Nimpha & Ioue natæ ſint tali aquas imbuerunt proprietate, vt quàm primum quis eis abluatur, aut madefiat, Poeſis peritiam nanciſcatur. quod Perſius libro primo probat his verbis: *Perſius lib.1.*
Nec fonte labra prolui caballino: Nec bicipiti ſomniaſſe Parnaſo memini, vt ſic repente Poeta prodirem: Aduertendum eſt tamen Poetam Muſarum originis meminiſſe,& tanquàm à Ioue natarum: Propterea optaſſe earum præſidium, illiſque non ignota eſſe cœleſtia, ut è textus verbis colligitur, dum dicit quandoquidem genus è Cœlo deducitis, &c.

Ordo autem eſt. O Muſæ appoſitoriè vatum, ideſt Poetarum decus: hic aduerbium loci ego optarim per Syncopen pro optauerim ve ſtros fontes, ideſt Caballinum fontem eiſdem ut prænotauimus paulò ante. ſacrum veſtras rupes, ideſt Parnaſias, ardua nemora, ideſt vm broſa & ſalebroſa ibidem exiſtentia, adducit rationem cur inuocet dicens, quandoquidem deducitis, ideſt trahitis genus, ideſt originem è Cœlo: Cùm ſint (vt prædictum eſt) à Ioue genitæ, & vos iuuat, ideſt delectat virginitas quę pro & reuerentia famæ ſanctæ, ideſt famæ inuiolatæ, & ineffabilis Virginitatis Mariæ omni reuerentia venerandæ: iuuat etiam vos igitur illatiua eſt cura poli, ſeu honos huius Virginis tangit, ideſt mouet ſeu impellit, monſtrate viam qua ſcilicet via vincam, ideſt tranſcendam progrediens nubila, ideſt arduitatem itineris, figuratè loquendo. Nam hæc iſta verba ſibi aliud velle, nec verò ſenſui conſonare videntur, quàm vt Poſſim (inquit Poeta) cantare, aut ſcribere materiam talis, tantique momenti de Virgineo partu tractantem quis non arbitretur? Sed hoc loco antequam vlterius progrediamur diſcutienda eſt grammatica quædam ratio, quam nobis textus dictio que obtulit. Notandum ergo eſt, Ablatiuus Cùm non auſert, alius caſus eſt ſignificatione vt hic ex ſignificatione dictionis qua liquidò appa-

ret, quem ideo effectiuum caſum nuncupabimus, cùm clariſſime liqueat effectum ex vero ſenſu & intellectu carminum exprimi: nam monſtrantibus viam (ut inuocatum eſt) Muſis, facilis offertur progreſſus, & ita effectiuè ſibi ipſi pollicetur Poeta itineris facilitatem, ut ipſemet indicat loquendo per futurum di cens vincam. Sed ad ordinem redeamus: & mecum recludite, ideſt aperite portas, ideſt aditum immenſi Cœli ò Aonides, ideſt Muſæ ſic dictæ ab Aonia regione, quæ eſt confinis Phocidi, quidem ideſt certe poſco magna, ſed debita, ſcilicet vos tanquàm benignæ debetis concedere eò quia vobis benè cognita ſunt, ideo dicit: Nec uobis ignota infert ad hoc pro bandum illatiuè: Etenim pro quia potuiſtis aſpicere, ideſt videre antrum, ideſt Pręſepium in quo Chriſtus Saluator noſter natus eſt, aut ſic antrum, ideſt Præſepium in antro in quo Chriſtus natus iacuit. Et choreas, ſcilicet videre potuiſtis. Intelligimus choreas hic pro gaudio, lætitia, & iubilatione paſtorum. Cùm ipſis nunciatum fuit ab Angelis. nec nō, ideſt etiam putandum eſt, & nondum putandum, verumetiam & firmiter credendū ſigna orientia Cęlo, ideſt ſtellam è Cœlo in Oriente apparenté ortū Saluatorē ſignantē magoſq; ad vſq; Pręſepiū ducentē, nec Reges ipſos, ideſt orientales vos non latuiſſe immò benè ſciuiſſe.

TVQVE

TVQVE *adeò ſpes fida hominum ſpes fida Deorum*
Alma Parēs, quā mille acies, quæq; ætheris alti
Militia eſt, totidem currus, tot ſigna, tubæq;
Tot litui comitantur ouantiq; agmina gyro
Agglomerant: niueis tibi ſi ſolennia templis
Serta damus: Si manſuras tibi ponimus aras
Exciſo in ſcopulo, fluctus unde aurea canos
Deſpiciens, celſo ſe culmine Mergelline
Attollit, nautiſq; procul uenientibus offert.
Si laudes de more tuas, ſi ſacra, diemq;
Ac cœtus latè inſignes, rituſq; dicamus.
Annua felicis colimus dum gaudia partus:
Tu uatem ignarumq; uiæ, inſuetumq; labori
Diua mone, & pauidis iam læta allabere cœptis.

TVQVE *adeò ſpes fida hominum, &c.* Proſequitur hic Poeta potiorem inuocationem Virginis, ad quam veluti ad Anchoram applicat fidam hominū ſpem, Deorumq́ue nominando, & meritò debetur etenim ei nomen quodcunque honoris, laudis, & grande dignitatis quæ ſpiritus Sancti tabernaculum eligi meruit, eodem operante fœcundè concipere & mundi Saluatorem edere. Qui delens mortis Chirographum nobis vitam dedit ſempiternam. Deſcribit etiam cœleſtium turmas ſpirituum perbellè ipſam comitantium ac locum Neapoli vbi ei dedicatum

extat

extat templum in quo ſingulis, annis feſtiuitas ſolenniter celebratur. Ordo igitur eſt. quę pro & ò tu S. Virgo Maria adeò ſpes fida hominum non incaſſum vtitur fida vocabulo adijciens epitheton dictioni ſpes. Nam fidus, fida, fidum adiectiuum nomen nil aliud ſignificat, quàm cui fidendum eſt. dicens ergo ſpes fida, ac ſi dicat ſpes infallibilis, fidelis, & nunquam mutabilis cui verò fidentes homines ſciunt firmiterque ſperant implorato auxilio non defraudatum iri. quam ſalutando Sancta Eccleſia canit quotidie antiphonam dicens: Salue Regina mater miſericordiæ, vita dulcedo, & ſpes noſtra ſalue, &c. vocat Reginam, & meritò, cùm ſit Cœlorum Regina & Domina, vt eadem in alia antiphona nuncupat, dum inquit. Aue Regina Cęlorum " mater Regis Angelorum, &c. Miſericordiæ " quoque matrem appellat: Eſt enim. Et ſi miſericordia erga nos maxima vti poſſit, & poteſt intercedendo apud filium cùm ſit ſuper choros Angelorum: Exaltata quiſque percipere valet. Adeò ut omnia quæ inde numerantur in antiphona Virgini conueniunt: Quapropter poſſumus intrepidè & audacter ad eius patrocinium confugientes ſemper & aſſiduè clamare, dicentes: Ad te clamamus exules fi- " lij Euæ, ad te ſuſpiramus, gementes & flentes " in hac lachrymarum valle, Eya ergo aduoca- "

ta

" ta noſtra illos tuos miſericordes oculos ad
" nos conuerte, & Ieſum benedictum fructum
" ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende,
" &c. Clarè patet Virginis præſidium deeſſe nequaquam
poſſe: dum implorando, Eccleſia tanquam impetrandi certa, illa vtitur illatiua ergo media quoque hortandi particula: Eya quibus mediantibus dicimus ita eſt, ac ſi dicat, potes auxiliari nobis, & ut euidentius pateat conſideremus Bernardi verba: Dum inquit ſecurum habeas acceſſum ad Deum, ò
" homo vbi filius ante Patrem, & Mater ante filium, filius oſtendit patri latus & vulnera, Ma-
" ter oſtendit filio pectus & vbera, ergo nulla
" poterit eſſe repulſa vbi tot concurrant charitatis
" inſignia: Dicamus etiam & vnà cum Eccleſia canamus eiuſdem patrocinium implorantes, quod ipſa in Hymno

Bernardus.

Aue Maris ſtella

uidelicet canit dicentes

" Monſtra te eſſe matrem,
" Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tullit eſſe tuus.

Spes fida Deorum (ſequitur textus) ideſt Sanctorum alma parens: ideſt Mater nos alens gratia tua apud filium pro nobis patrocinando alma ab alendo dicitur, vt ſentit Seruius datur, & hoc epitheton telluri, eò quia

Seruius.

ſuggerat

ſuggerat nobis fruges quibus alimur, & Cereri à Vergilio Georg. primo, vbi dicit: Liber. et alma Ceres, &c. accipitur denique pro ſancta, quod competit quoque Virgini: Cùm San cta & Sanctarum Sanctiſſima ſit. Optimè con gruit etiam, conſonatque alma Virgini dicitur etenim alma reconditiori quoque ſignifi catione incorrupta Virgo. quam ſcilicet te mil le acies, ideſt turmæ quæ pro & militia beati ſpiritus tanquam milites maieſtati diuinæ aſſiſtentes, & ueluti milites eorum Duci ſeruien tes. alti ætheris, ſcilicet cœli quæ eſt totidem currus, tot ſigna, tubæque, tot litui, pro his om nibus inſtrumentorum ſpeciebus intellige di uerſos gloriæ gradus, quibus ibi fruuntur, quorum & nos, vnà cum eis poſt impoſitum huius vitæ finem curſui, præciſoque fragili ſta mine participes fieri ſperamus diuina tamen gratia noſtra opera comitante. Comitantur, ideſt deducunt quæ pro & agmina, ideſt copiæ aut multitudo ipſorum agglomerant, ideſt congregantur gyro, ideſt circulo ouanti, ideſt lætè & hilariter circundanti: Si damus, ſi approbatiua coniunctio, & cùm approbatiua eſt iungitur indicatiuo, vt hic Priſciano teſte lib. 16. de Coniunctione in princ. templis niueis ſolemnia ſerta propriè & eleganter ponuntur: Serta enim coronæ dicuntur à ſertis hoc eſt, inuicem digeſtis floribus frondibuſq;

Verg. Georg.

Priſcia. lib. 16.

ex quibus ab initio fieri ſolebant coronæ quibus etiam hucuſque celebraturi aliquod feſtum inſtar coronæ, aliarumque formarum ornare templum ſolent. Solennia compoſitum nomen à ſolo & anno, ideſt quod omnibus annis præſtari debent non incongruè Poeta adducit, quòd venerantes ſalutiferi partus in eo templo quod mirè deſcribit feſtiuitatem iure debeant ſertis illis ſolennibus quotannis ornare tibi: Et ſi ponimus tibi manſuras aras hic deſcribitur templum: Si ergo ponimus, ideſt ædificamus, aut fabricamus tibi, ideſt ad honorem tuum aras, ideſt altaria, ideſt templum manſuras, ideſt duraturas in ſcopulo, ideſt in rupe exciſo, ideſt ſecato: Eſt verè ſanctum hoc templum extructum in Rupe paulò eminenti; offertur attamen longiori quodam tractu nautis ſeu nauigantibus, quæ quidem rupes mare proſpectat cuius radices verberat vnda, vt pluries Neapoli commorantes uidimus, & modò hoc anno, videlicet 1580. vnde, ideſt à quo ſcopulo, ſeu rupe aurea Mergelline, hic verſus licentia poetica habet in quinta ſede ſpondeum. Mergelline locus eſt extra mœnia vrbis parum diſtans (qui vulgò dicitur Morgoglini) & ibi eſt rupes, vbi ſuperædificatum extat templum. Hoc verò templum (vt ita dicamus) bis cameratum eſt ſuperius ſub vocabulo Sancti Nazarij cuius

dies

dies ſeſtus ipſius Poetæ natalis fuit, vt ipſemet teſtatur lib. 2. Elegiarum, dum inquit:
Ecce mihi totum lux expectata per annum
Iam redit Aoniæ ſerta nouatæ Deæ
Hęc mihi vitales genitum produxit in auras
Iuſſit & erectum tollere ad aſtra caput, &c.

Et in libro Epigrammaton ſecundo, quoque ait:
Natali quòd diue tuo lucem editus hauſi,
Quòd tua naſcenti lux mihi prima fuit, &c.

Et in hymno eodem lib. in ſexto carmine
Se tibi debet proauorum origo, &
Sanguinis ſi ſunt decora vlla noſtri.
Debet & præſens genus & futurum
Debet & hæc lux, &c.
Sacra quæ magnum mihi prima ſolem
Obtulit naſcenti, & inane aperti
Aeris pulchroſque micantis Æthræ
Tot ſimul ignes, &c.

Quod quidem templum, veluti cætera templa altare ſuum maius habet à poſteriori parte, cuius extat monumentum marmoreum, idque magnificè extructum in quo Poetæ corpus conditum eſt: in anteriori eiuſdem monumenti ima parte ſequens diſtichon inſculptum eſt.
Da ſacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus, vt tumulo.

Quod Petrus Bembus S. R. E. Cardinalis

Poetæ amicus compoſuit, & è Venetijs Neapolim ob amicitiæ memoriam tranſmiſit, vt nobis ibidem fide digni nonnulli retulerunt. Mortuus fuit anno 1530. ſuæ verò ætatis 72. vt chirographum quod in eodem monumento ſculptum cernitur: teſtatur.

Inferius ad quod quibuſdam lapideis gradibus deſcenditur, vocabulo nuncupatur Præſepis: in quo eſt Monaſterium, ſeu vt rectiùs loquamur Conuentus, quem Poeta viuens ſuis ſumptibus ædificandum curauit, ſeruiunt ibi Fratres Seruorum Virginis nominati dotauit annalis reditus, ſeu cenſus (vt vulgari Neapolitano vocabulo vtar) Ducatis quingentis, deinde defunctús decem ferè iugera legauit ipſi conuentui confinia quorum fructuum preuentu quotannis eiuſdem numeri totidem Ducati percipiuntur, iuxta nobis fratrum ibi morantium, & ſeruientium relatum teſtimonium.

Domus quam incolebat eſt etiam Neapoli in Regione Sanctæ Mariæ, vulgò della gratia, quam modò poſſidet Doctor quidam legum Marius nomine ab alto mari Donati Antonij Phyſici filius, ad quam videndam me contuli, at quamuis (cauſa acceſſus noſtri optimè percepta) quàm hilariter, humanæque nos exceperit, cameram in qua (vti opinamur diuinum hoc Poema edidit à gradibus cuiuſdam anterioris

anterioris cameræ indicauit: nec vlterius progredi permiſit. Nam ſe adeò deuotionis, & celebris Poetæ nominis rationem habere retulit, vt clauſam ſemper cuſtodiri, & ne dum à nemine coli, verumetiam nec videri patiatur. Non defuit noſtra iugis deprecatio, & quin verbis tali, tantoque viro dignis rogantes vteremur. Sed vt in adagio eſt, Coruum lauimus. Quapropter parcat nobis Doctor Excellentiſſimus: Parcant pariter & euaneſcant vti euanuerunt tot prolata verba, quæ nauſeam ſuccreſcere parum abfuit quin cauſarentur. Quia imaginamur, & proculdubio ita noſtra fert opinio tandem, ea de qua loquimur camera, vti potius ad ſeruanda vtenſilia, & commeſtibilia, & (pace tanti viri) vaſa quoque neceſſaria vſui corporali quotidiano, & ideo verecundari debuit, & iure, debuit & meritò, tanquàm Doctor putare ſaltem camerali (vt ita dicere audeamus) viſione nos prohiberi, nequaquam debere: Cùm poſt partum mulieres ſtatutorum dierum curſu minime elapſo, Deo gratias relaturæ Eccleſiam ingredi non arceantur. Hæc ſcripſiſſe voluimus, vt ſciat diligens lector, quale hominum genus reperiatur; & cùm tantoperè doleamus, & horreſcamus ſæpiſſime arbitrantes humiliter expoſtulauiſſe, & nihil profecimus. Aurea ſequitur textus, & benè aurea cùm ſit locus il-

le amœniſſimus delitioſiorque alio quolibet, qui (iudicio noſtro) in tota Italia procul dubio reperiretur: Eſt ibi etiam haud procul Pauſilipus, qui vulgò dicitur Pauſilico, quoque locus quidem amœniſſimus: De quo meminit
Pli.li.9. c.53. Plinius Nat.hiſt.lib.9.cap.53. Dum ibi loquitur de vita piſcium longiſſima; Et quoniam nomina ad placitum ponuntur, placuit Poetæ Mergelline Mergellines flectere, vti Penelope, Penelopes, Calliope, Calliopes & ſimilia; attollit ſe, ideſt erigitur celſo culmine, ideſt in altitudine ipſius rupis deſpiciens, ideſt deorſum aſpiciens canos fluctus Epitheton fluctibus conueniens; Cùm cani ſint ex ſpuma, quam ex frequenti, & violanti illa percuſſione emittunt, quæ pro & procul offert pro offertur, & obijcitur Nautis venientibus. Si laudes tuas, ſacra, ideſt ſolemnitates, ac Cœtus latè ideſt multum inſignes, ideſt numerum ſacerdotum ad diuina celebranda illuc confluentium, & populorum etiam adorandum concurrentium, rituſque quæ pro & ritus, ideſt ordinem, aut omnia ritè tractata diem, ideſt ſolemnitatis diem dicamus, ideſt dedicamus de more, ideſt, ut moris eſt dum annua gaudia, ideſt gaudia quibus fruimur, & ducimur cùm feſtum felicis Partus, & optimè felicis cùm ab eo redemptio noſtra proceſſiſſet, & Iuſtitiæ lumen CHRISTVS, & Rex Pacificus,

cus,

cus,vt in Prooemio Decretal.in princ.appellatur:Qui venit pacem docere,vt 23.q.1.c. Niſi bella.Vnde Eccleſia Sancta alibi concinit his quæ ſubnectuntur verbis: Felix nanque es Sacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima, quia ex te ortus eſt Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter Annua, ideſt ſingulis annis cum veneratione celebrando colimus,ò Diua,ideſt Sancta mone,ideſt doce,erige, & hortare,uatem, ideſt me Poetam ignarum viæ, ideſt viam negligentem,quæ pro & inſuetum, ideſt non aſſuetum labori. Non prætereundum ſilentio eſt: hìc Poetam citra mendacium fateri virium ſuarum imbecillitatem præuidere, ac præcogitare (vt ex textus verbis apertè oſtenditur) ſuis humeris impar onus impoſuiſſe: Cùm iſte ſingularis nouus,unicus, & inuſitatus partus Virgineus: quid monſtrum, ſupranaturale,diuinumque ſit. Concludendo igitur dicimus optimam ſibi elegiſſe partem pręcipuam incœpiſſe inuocationem à Maria. Concludit textus,& allabere iam læta pauidis cœptis,ideſt declinare huc velis ad fauendum incipienti mihi pauidè, ſeu pauido diuinum hoc & inſcrutabile ſubiectum: vnde incipit narrationem.

23.q.1.

VIDERAT *ætherea ſuperũ Regnator ab arce*
Vndiq; collectas uectari in tartara prædas

Tiſiphonemq; imo conantem cuncta profundo
Vertere,& immaneis ſtimulantem ad dira ſorores
Nec iam homini prodeſſe alto,quòd ſemina cœlo
Duceret, aut uarios animum excoluiſſet ad uſus
Tantum lethiferæ poterant contagia culpæ
Tum pectus pater: æterno ſuccenſus amore
Sic ſecum.Ecquis erit finis?tantum ne parentum
Priſca luent pœnis ſeri commiſſa nepotes?
Vt quos uicturos ſemper ſuperiſq; crearam
Penè pares,triſti patiar ſuccumbere letho
Informeſq; domos,obſcuraq; Regna ſubire?
Non ita: ſed Diuùm potius reuocentur ad oras,
Vt decet,& manuum poſcunt opera alta mearum
Deſertoſq; foros,uacuiq; ſedilia cœli
Actutum complere parent legio,unde nefandis
Acta odijs,trepidas ruit exturbata per auras
Quumq; caput fuerit,tantorumq; una malorum
Fœmina principium,lacrymaſq; & funera terris
Intulerit: nunc auxilium ferat ipſa modumq;
Qua licet,afflictis imponat fœmina rebus
Hæc ait: & celerem ſtellata in ueſte miniſtrum
Qui caſtæ diuina ferat mandata puellæ
Alloquitur,facie inſignem,& fulgentibus alis.
Te quem certa uocant magnarum exordia rerum
Fide vigil,pars militiæ fortiſsima noſtræ,
Te decet ire,nouumq; in ſecula iungere fœdus,
Nũc aīum huc aduerte;atq; hęc ſub pectore ſerua
Eſt urbeis Phœnicum inter lateq; fluentem
Iordanem,Regio noſtris ſat cognita ſacris.

Iudæam appellant, armiſq; & lege potentem
Hic claris exorta atauis, vatumq; Ducumq;
Antiquum genus, & dignis licet aucta hymenæis
Pectoris illæſum Virgo mihi caſta pudorem
Seruat ad huc, nullos non ſeruatura per annos
(Mirus Amor) ſeniumq; ſui uenerata mariti
Exiguis degit thalamis, & paupere tecto
Digna Polo regnare, altoq; effulgere Diuùm
Concilio, & noſtros æternum habitare penates.
Hanc mihi Virginibus iampridē ex omnibus unā
Delegi, prudenſq; animo interiore locaui,
Vt foret intacta ſanctumq; numen in aluo
Conciperet, ferretq; pios ſine ſemine partus.
Ergo age, nubiuagos molire per aera greſſus
Deuenienſq; lucem caſtas hæc iuſſus ad aures
Effare, & pulchris cunctantem hortatibus imple
Quandoquidem genus è ſtygijs mortale tenebris
Eripere eſt animus, ſæuoſq; arcere labores.
Dixerat.

VIDERAT *ætherea*, &c. } Facta (vt moris eſt) inuocatione tranſit Poeta ad narrationem, in qua pulchrum ordinem ſequitur intendensque probare quare filiū Dei incarnari oportuit, & quid incarnationem cauſatum ſit, innuens veterum primo cunque parentum præcepti tranſgreſsionem quibus vetitum pomum manducantibus ingreſſa fuit mors, quorum totam poſteritatem ſibi habuit

Gen.2. et 3.cap. obnoxiam ut Geneſ. ſecundo & tertio cap, probatur, prohibuit Deus poni commeſtionem, Cùm dixit, ex omni ligno paradyſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo morte morieris. &c. Extenſa autem poſtea ad lignum manu, commeſto q; pomo, vt paulo poſt tertio cap. ſubditur dicens, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es. Debuit obid humanum genus originalis iuſtitiæ defectu ne dum Morti verum etiam & Diabolico imperio, ad quod redimendum miſit Deus filium ſuum, quorum omnium eundem meminiſſe manifeſtum eſt. Viderat Ætherea &c. Ordo eſt. Regnator, ideſt Deus ſuperum, ideſt cœleſtium regnator, & incola Viſibilium, inuiſibiliumq; creator, rector & ſummus opifex viderat ab arce Ætherea ideſt à Cœlo empireo immò ab æterno & in ſua ęter nitate præuiterat prædas ideſt animas raptas, prædatasq; à Diabolo mediante (ut diximus) peccato collectas undiq; locorum congregatas vectari (frequentatiuum) ideſt duci in tartara, ideſt ad inferos quæ pro & Tiſiphonem, Tiſiphone vna ex infernalibus furiis eſt ut Poetæ tradunt, ſunt autem tres, Tiſiphone, Aleecto, & Megera. hìc verò ponitur pro Diabolo. Tiſiphonem ergo, ideſt Diabolum

conan-

conantem uertere, ideſt uoluere cunćto imò profundo, ideſt inferno ſeu ibi omnibus ob ſtrepere. & ſtimulantem, ideſt mouentem & impellentem ſorores immanes, ideſt alias furias poeticè loquendo, ſeu Diabolicos cæteros ſpiritus vt hìc immanes ideſt crudeles, ad dira ideſt ad crudelia exercenda & tractanda, nec homini prodeſſe ideſt profeciſſe, quòd duceret ideſt traheret, ſemina ideſt originem ab alto, cœlo ideſt tanquam à Deo creato, aut ex coluiſſet ideſt exercuiſſet, animum ideſt corpus, ad varios vſus ideſt ad varia opera poſt commiſsionem peccati intelligendum eſt. tantum contagia ideſt labes ſeu fomes culpæ, lethiferæ ideſt mortem ſeu lethum ferentis ſeu cauſantis poterant ideſt valuerant probatur hìc ex Poetæ verbis per peccatum Mors. tantum aduerbium affirmatiuè legendum. Tum Pater ideſt Deus Pater, ſuccenſus pectus ideſt habens pectus, ſuccenſum ideſt inflammatum amore æterno ſic dixit ſecum ſcilicet Et quis interrogatiuè, iungitur quis cum en mutata enim in cap. ideſt num erit finis? ne rationalis, ſeu illatiua coniunctio eſt, & ponitur pro ergo, & ita ea uſus eſt Verg. Æneid. 1. *Verg. 1.*
Mène incœpto deſiſtere victam? »

Ne ideſt ergo ait Pater Deus ſeri nepotes, ideſt filii ſeu nepotes ſeri, ideſt ſerò deſcendentes ſucceſſores à Primis ipſis parentibus

luent, ideſt ſoluent commiſſa pœnis, ideſt dantes pœnas, quaſi dicat parentes peccauerunt, & poſteritas tota ſubiacebit pœnæ? quos ſcilicet nepotes crearam pro creaueram ſyncopa eſt, ſemper victuros, ſcilicet ut ſemper uiuerent & non morerentur, vt benè Poeta ſentire uidetur in textu dum dicit pares ſuperis. Et ideo Deus poſuerat poſt creationem in paradiſo voluptatis primum quem formauerat hominem, vt tanquam immortalis illum ecuſtodiret vt ex eodem cap. Geneſ. *Gen. 2.* ſecundo paulò ſuperius adducto liquet dum ibi legitur: Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſum voluptatis vt operaretur & cuſtodiret illum &c. penè ideſt quaſi pares, ideſt æquales ſuperis, vt cauſatiua coniunctio eſt. patiar, ſcilicet feram ſuccumbere, ideſt ſubdi triſti letho, ideſt morti æternæ, ab effectu triſte dicitur lethum eò quia triſtes reddat ei ſubiacentes que pro & ſubire, ideſt deorſum ire ad regna obſcura, ſcilicet infera & domos informes, rectè dicit informes, informe etenim quid dicitur non quod penitus careat forma, ſed quod malè ſit formatum. Sedes ergo inferæ ſunt huiuſmodi. Quæ nam prior forma, & omni deformitate maior, quàm illa inferorum? vbi tot ſupplicia, tot luctus, fætor, caligo denſa, fumus, ignis inextinguibilis, horrenda viſio Demonum,

monum, ubi denique fletus, & ſtridor dentium. Non ita ſupple erit. Sed potius reuocentur ad oras, ideſt reducantur ad ſedes Diuûm pro Diuorum (ſyncopa eſt) ideſt ſpirituum cœleſtium, & Beatorum, vt decet, ideſt conueniens eſt, & opera alta manuum mearum poſcunt, manus Dei ſunt prouidentia qua omnia creauit, & regit opera alta ſic intellige, ideſt alta prouidentia, & incomprehenſibilis requirit, que pro & parent, ideſt accingentur ipſi nepotes, ſcilicet actutum complere, ideſt ad complendum ſeu occupandum foros deſertos, ideſt locos relictos, & ſedilia, ideſt ſedes Cœli, vacui, ideſt ſedes uacuas hìc argutè, & doctè alludit Poeta ad Angelorum lapſum vnde ſequitur textus à quo, ſcilicet Cœlo ſeu ſedibus Cœli uacuis legio ſpirituum luciferũ ſequentium eiuſdem uoluntati adhærentium acta, ideſt ducta, & impulſa odiis nefandis. Et benè nefandis; ideſt non fandis, dum ob odiũ & inuidiam ipſe Lucifer opinatus diuinitatẽ rapere, & uoluit creatura ſe ſimilem, & æqualem facere Creatori. Quæ enim conuentio luci ad tenebras? ruit ideſt cecidit, exturbata, ideſt expulſa per auras, ſuperas, ideſt per aerem vento commotum vnde Propheta Iſaias cap. 14. Luciferi, & ſequentium Satellitum, quaſi illudens illi inquit. Quomodo cecidiſti de Cœlo lucifer qui mane oriebaris corruiſti Iſa. c. 14

in

in terram qui vulnerabas gentes qui dicebas in corde tuo in cœlum conſcẽdam ſuper aſtra cęli exaltabo ſolium meum in monte teſtamẽti in lateribus Aquilonis aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero altiſſimo. quæ pro & cùm fęmina fuerit principium ideſt initium, caput, & origo tantorum malorum Poeta pro fœmina hac Euam intelligit, quæ ſerpentis perſuaſionibus aſſentiens ligno boni vetiti manum porrigẽs lapſa eſt. pœnali diuinoque præcepto contradixit, vt eodem Geneſ. 3.
Gene. 3. cap. Legitur his verbis. vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcẽdum & pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit &c. Clariſſimè patet ergo Euam fuiſſe fœminam hanc quæ mundo tot mala attulerit. Cui Etymologiam uocabuli mirum in modum conſonare ex Plinij autem de natura hiſtor. lib. 7. cap. de mulierum menſtruis ſole clarius liquet dum inquit fœminam à fœditate *Plin li. 7. natu. hiſt.*
„ nuncupari eo quia fędas & enormes ſuperflui
„ tates menſtruales emittit, Cuius cruoris emiſ-
ſione fruges non germinant arbores fructum
„ amittunt, ferrum rubigine corrumpitur, ſpe-
„ culi acies ipſo aſpectu hebetatur, aceſcunt ſu-
„ peruentu muſta, eboriſq; nitor perſtringitur,
„ aluei apum emoriuntur, odorq; dirus aera cor
„ rumpit, & ſi quid inde canes comedant rabiẽ

incur-

incurrunt. Et Solinus etiam in de mirabilibus mundi cap.4.idem dicit. Conuenit etiam primæ huic matri noſtræ mulierem dici, ſeu uocari, quo nomine appellauiſſe Adam clarũ eſt. Quùm Deo reſpondens poſt pomum com meſtum & eiuſdem obiurgationem dixit mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno & comedi ut tertio eodem cap. prope finem, nam mulier à mollitie mentis dicitur. Sequitur textus & intulerit terris ideſt mundo totique poſteritati funera ideſt mortem nunc fœmina ipſa ferat auxilium & modum afflictis rebus imponat; quia licet ideſt ea parte qua licet hæc ait ſcilicet Pater æternus pro fœmina quæ allatura erat auxilium (pro ut attulit) ad noſtri Poetæ mentem inuiolatam Chriſtiferamq; Virginem Mariam uerè intelligimus quam Etymologiam, quæ tot mala exitioſos, pernicioſoſq; effectus in prima illa fœmina mundo produxit, atque attulit in iſta Sanctarum Sanctiſſima ſecunda oppoſitum nos qui fideles profitemur & ſumus haud dubiè aſſerimus, intrepideq; credimus. Ad quod probandum offert ſe nobis Auguſtini autoritas hoc qui ſequitur ſermone. hæc eſt enim (loquens de Maria) Flos campi, de qua ortum eſt pretioſum lilium conuallium per cuius partum mutatur natura Protoplaſtorum, deletur & culpa; præciſum eſt in ea illud Euæ infeli- *Auguſt.*

citatis elogium quo dicitur, In dolore paries filios tuos, quia iſta in lætitia Dominum peperit, Eua enim luxit, iſta exultauit, Eua lacrymas, Maria gaudium in uentre portauit, quia illa peccatorem, iſta edidit innocentem, Mater generis noſtri pœnam intulit mundo: Genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mundo, Auctrix peccati Eua, Auctrix meriti Maria: Eua occidendo obfuit, Maria uiuificando profuit, illa percuſſit, iſta ſanauit, pro inobedientia enim obedientia commutatur, Fides pro perfidia compenſatur &c. unde Sedulius Poeta Chriſtianus. etiam lib. primo mirabilium diuinorum primo cap. de eiectione Adę à Paradiſo inquit eleganter.

Culpa dedit mortem pietas daret inde ſalutē.
Et veluti è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis
Nil quod lædat habens, matremque obſcurat honore
Sic Euæ de ſtirpe ſacra veniente Maria
Virginis antiquæ, facinus noua virgo piaret,
Vt quoniam natura prior vitiata iacebat
Sub ditione necis Chriſto naſcente renaſci
Poſſet homo, & veteris maculam deponere carnis.

Et alloquitur ſubdit textus, ſed antequam conſtruatur litera. Scias lector Poetam eleganter vſum fuiſſe epytheton ſtellata, Stellatum enim ſtellis plenum dicitur quod verè cę

lo

lo congruit, cùm ſerenum eſt. Stellare etiam dicitur quid inſtar ſtellarum factum eſt vt Claudianus de raptu Proſerpinæ prope finem libro 2. *Claud. lib. 2.*

Ducitur in thalamũ virgo ſtat pronuba iuxta
Stellantes nox picta ſinus. »

Idem libro. 3. Octauo carmine in principio. »
Stellata domus conſidere iuſſi.

Patet ergo ſtellata veſte non incongruè dixiſſe. » Cùm ſtellantes ſinus, & ſtellata domus dixerit Claudianus. vt patuit. Alloquitur ergo ſcilicet Pater æternus miniſtrum ideſt Archangelum Gabrielẽ, celerem, ideſt velocem, in veſte ſtellata ideſt ſtellis plena: inſignem ideſt pulchrum & ſignis notum & veſte ita ſtellata, & alis fulgentibus (vt propriè ponitur in textu) eſſe Archangelum. inſignis enim dicitur qui aliquibus ſignis noſcitur excellens, componiturque ex in & ſignum, ſigna autem indicia rerum ſunt. Verbi gratia quiſpiã ſi incederet indutus coloris, veſtiumque varietate noſci poſſet eſſe probum, vel improbum vnde accipitur in bonam & malam partem. in bonam accepit Vergilius lib. Aeneid. quarto. *Vergi. lib. 4.* Oſtroque inſignis & auro ſtat ſonipes dixit idem 2. Inſignem pietate virum &c. *Idem 2.* In malam accipitur in Euangelio Matthæi 26. habebant autem vinctum quendam inſignem *Matth. 26. cap.* intelligendo ſeditioſum & homicidam. Notatur

tur propterea in ſignificatu iſtius vocabuli exceſſus, quiſquis igitur in eo quo excellit, ſiue illud ſit virtus, ſiue vitium dicitur inſignis qui ſcilicet Archangelus miniſter feret mandata diuina ſcilicet ipſius æterni patris Caſtæ Puellæ ſcilicet Deiparæ Virgini. Hinc pro clariori & eadem vera carminis intelligentia ſilentio non præteribimus. Animaduertendum igitur eſt, vt Gregorius in quodam ſuo Sermone (cuius verba hìc ſubdimus ad verbum) inquit. Nam Sancti illi cæleſtis patrię ſpiritus ſemper quidem ſunt ſpiritus, ſed ſemper vocari Angeli nequaquam poſſunt, quia tunc ſolum ſunt Angeli cùm per eos aliqua nunciantur. Vnde Propheta Pſalmo 103. inquit. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus ac ſi patenter dicat. Qui eos quos ſemper habet ſpiritus etiam cùm voluerit Angelos facit hi autem qui minima nunciant Angeli, qui verò ſumma Archangeli vocantur. hinc eſt enim quòd ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur. Et reddens rationem ſubdit: ad hoc quippe miniſterium ſummum Angelũ, uenire dignum fuerat qui ſummum omnium nunciabat &c. Gabriel etiam fortitudo Dei idem interpretatur Te quem certa vocant &c. Subdit textus. in quo dirigitur Patris æterni Sermo ad Archangelum Gabrielem, Inquit itaq; ò fide uigil

Greg.

David

gil

gil ideſt ò Gabriel appoſitorie pars fortiſsima noſtræ militiæ ex quo Archangelus ut ex interpretatione patet fidelis miniſter non piger ſed ſemper vigilans quem certa exordia rerum magnarum vocant, ideſt, cùm ad quid ſummum, ſummoq; momento peragendum miſſurus ſum ire te oportet. quoniam Archangelus diceris decet te ire quã pro & iungere, ideſt ſtabilire & firmare nouum fœdus, ideſt, nouam legem, ſeu pacem in ſecula. Nam fœdus pro lege accipitur ut hìc Et vergilius Æneid, primo Regemq; dedit qui fœdere certo &c. Alludere hìc videtur ad Euangelicam legem. Cum Chriſto nato antiquæ legis ceſſarint cerimoniæ ritusq; quæ quidem venturæ vmbra erant, quam poſtea Saluator inſtituit introduxitq; vt inferiùs diffuſius dicemus. Nunc aduertæ animum huc ideſt ad mea verba & mandata atq; ſerua hæc ſcilicet mandata mea, ſeu verba ſub pectore ideſt in corde, Deſcribitur Regio ad quam miſſus eſt Gabriel. Eſt Regio inter vrbes Phœnicum, quæ pro & fluentem late Iordanem ideſt per amplum Iordanem amplè currentem, Eſt Phęnicia Regio in Syria ſic vocata à Rege Phœnice cõtermina Iudeæ vbi ſunt vrbes duæ Tyros, & Sydon, Camelus, & Libanus, Montes et Iordanis verò eſt fluuius in Iudæa ſuauitatis eximiæ Oritur ad radices libani ſurpens

Virgil. Aeneid. primo.

duobus

duobus fontibus quorum alteri nomen Ior. Alteri vero Dan qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt, addita poſtea euphoniæ cauſa nis. Quæ ſcilicet Regio eſt ſatis cognita noſtris ſacris ſcilicet ſacratis noſtris ritibus, ideſt ibi nimium ſeu multum obſeruantur noſtra iura ſacra: appellant ideſt nominant Iudæam ſcilicet hanc Regionem potentem ideſt valentem & excellentem armis & lege. Hic ſcilicet in hac Regione Iudæa eſt ſupple Virgo exorta. atauis vatum & Ducum ideſt trahens originem à multis auis Regibus & vatibus. atauus enim dicitur quartus ab auo. Fuit enim Maria Virgo orta ex tribu Iuda, & clara ex ſtirpe Dauid. vt Matthæi primo, vbi de Genealogia tractatur, appoſitoriè antiquum genus vt patet. Et licet aucta ſupple erit dignis hymenæis. Pro iſtorum intelligentia verborũ ſciendum eſt quòd hymenæus Deus nuptiarum putatus eſt. hymen enim dicitur membrana, qua eſt munita Virginitas, quæ primo dirumpitur coitu unde hymenæus. Alij dicũt hymnum uocari uirginalium nuptialium ut Terentius in Adel. uerum hoc mihi mora eſt, tibicina & hymenæum canant. Accipiendum ergo ita eſt, hymenæum in nuptiis ueluti in funere Epithaphium, & in ſacris hymnum, ſcitè uerò Poeta & congruè uſus eſt his uerbis dignis hymenęis, ſenſus eſt igitur & licet Maria

Terent.

ſit

ſit Diuo Ioſeph, deſponſata: ueruntamen uirginitatis florem non amiſit. Sed uirgo ſemper permanſit, ut notat Matthæus. primo cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, ante *[Matth.]* quam conuenirēt, inuenta eſt in utero habēs *[primo.]* de Spiritu ſancto &c. Quæ uerba exponit Hieronymus ſuper Matth. ut patet in cap. 4. in clemētina de uerb. ſignifi. ita dicens. Quòd *[Clem. ca.]* dicitur antequam conuenirent non ſequitur, *[4 de ver]* ut poſtea conuenerint, ſed ſcriptura quod fa- *[bo. ſigni.]* ctum non ſit oſtendit. Eccleſia etiam ita cantat. Adorna thalamum tuum Sion & ſuſcipe *[Eccleſia.]* Regem Chriſtum, quem uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo poſt partum, quem genuit adorauit. Et cap. primo Decretal. Gregor. De ſumm. Trinit. & fid. Catho. Et tandem unigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinita- *[Cap. 1.]* te communiter incarnatus ex Maria ſemper *[Decreta. Grego.]* Virgine ſpiritus ſancti cooperatione conceptus uerus homo factus ex anima rationali, & humana carne compoſitus unā in duabus naturis perſonam uiam uitæ manifeſtiùs demōſtrauit. Et Sedulius quoque libro eod. primo ita inquit. *[Sedul.]*

Iamq; nouem lapſis decimi de limine menſis *[lib. 1.]*
Fulgebat ſacrata dies, cum uirgine fœta
Promiſſum compleuit opus, uerbum caro factum eſt.
In nobis habitare volés. Tūc maximus infans.

Intemerata ſui conſeruans uiſcera templi,
» Illæſum uocauit iter, pro uirgine teſtis
» Partus adeſt, clauſa ingrediens, & clauſa re-
» linquens.
» Quæ noua lux mundo? quæ toto gratia cœ-
» lo? &c.

» Conuenienter ergo cantatum fuit, canta-
» tur, & cantabitur Virgini hymenæum hymnum in eius uirginitate laudanda ab Eccleſia ſancta & à nobis unà cum ea. Aue Maris ſtella Dei mater alma, Atque ſemper uirgo &c. Vnde ſubdit ipſa uirgo, ſcilicet caſta adhuc ſeruat & ſeruabit pudorem illæſum, ideſt illæſam uirginitatem pectoris ſcilicet cordis & corporis: mihi, ideſt meam laudem tanquam ſponſa & mater non ſeruatura per annos nullos, ideſt eam ſeruabit Virginitatem perpetuò (mirus amor) interponitur parentheſis hæc lepidè, legenda eſt admiratiuè & cum expaueſcentia que pro & uenerata ſcilicet erit, ideſt uenerabitur ſenium, ideſt honorem ſui mariti Ioſephi uiri: degit, ideſt habitat thalamis exiguis, ideſt in paruo cubiculo, & paupere tecto, ideſt in habitaculo humili, nec alto magnis ſumptibus extructo non auro, nec gemmis, tapetibuſque undique aureis fortaſſe argenteiſque ſubtegminibus contextis. Paupere hìc uicem gerit adiectiui. Sunt enim nonnulla nomina

Eccleſia.

ſub-

ſubſtantiua non perpetuò,ſed in recto ſubſtã-tiua, in obliquo autem adiectiua,de quorum numero eſt pauper ut uoluentibus grammaticos libros, Poetarumq; uolumina his nominibus utentium clariùs patefiet. Et qui maiori teſtimonio uti uult uideat C. Gloria Epiſcopi 12.q.ij.Dum ibi Summus Pontifex Gratianus uſus eſt hoc nomine paupere uicem adiectiui gerente, & arguens Epiſcopos auaros, qui dum pauperes & ſine dignitate erant uix uilibus cibis uentrem implebant,& poſtea ad dignitatis faſtigium aſcendentes ganeatas dapes,& regalia fercula faſtidiunt, & quod peſsimũ eſt pauperum obliuiſcũtur.ibi paupere domo.Digna regnare,ideſt ut regnet polo, ideſt cœlo que pro & effulgere, ideſt tanquam fulgur ſeu ſtella ſplendere alto cõcilio,ideſt unione ſeu congregatione Diuinorum, ideſt Beatorum ſpirituum & Angelorum & habitare æternum,nomen pro aduerbio ut ſæpe uti ſolent Poetæ. Non tulit ex illis oruum Laronia quendam clamantẽ toties &c. Iuuenal.Sat. 2. noſtros penates,ideſt Cœlum Empyreum Dei patris ſedes hanc,ſcilicet Virginem iam pridẽ longo ante temporr ſcilicet ſolam & ſingularem delegi,ideſt elegi ex omnibus Virginibus mihi, q.d. eam ſolum dignam feci elegi ſpiritus ſancti tabernaculum,que pro & prudens, ideſt prudenter locaui animo interiore, ideſt

C.Gloria Epiſcopi 12.q.2.

Iuuenal. Sat.2.

mente diuina, vt foret ideſt eſſet intacta, ideſt inuiolata & vti intacta cōciperet ſanctum numen, ideſt Chriſtum in aluo etiam, ideſt ventre intacto non corrupto & ferret, ideſt geſtaret pios partus pluralis numerus pro ſingulari ideſt Pium partum ſine ſemine ſcilicet virili: ſed ſpiritus ſancti opera ergo age adhortantis eſt: molire, i. para greſſus nubiuagos, epitheton eſt, per aera, quæ pro & deueniens locum, ideſt poſtquam peruenies ad locum iuſſus, ſcilicet tanquam à me iuſſus, effare hęc ſcilicet verba ad aures caſtas, ideſt ad Mariæ Virginis aures, & imple ideſt hortando exple cunctantem ſcilicet Mariam verentem tua Archāgeli verba, nam verita fuit & putabat qualis eſſet iſta ſalutatio, vt Lucas primo cogitabat qualis &c. pulchris hortatibus quādoquidem ideſt cùm quidem mihi ſit animus eripere mortale genus, ideſt humanum è tenebris ſtygiis, ideſt ex infernis locis & arcere, ideſt procul pulſare ſæuos labores. dixerat ſcilicet Pater æternus.

DIXERAT *ille altū zephris per inane vocatis*
Carpit iter, ſcindit nebulas atq; aera tranat
Ima petens, pronuſq; leueis nix commouet alas.
Qualis ubi ex alto notis Mæandria Ripis
Proſpexit uada, ſeu placidi ſtagna ampla Cayſtri,
Præcipitem ſeſe candenti corpore Cygnus

Mittit

Mittit agens, iamq; implumis ſegniſq; uidetur
Ipſe ſibi, donec tandem potiatur amatis
Victor aquis, hic ille auras, nubeſq; ſecabat.
Aſt ubi palmiferæ tractu ſtetit altus Idumes,
Regina haud humiles uoluentem pectore curas
Aſpicit: atq; illi ueteres de more ſybillæ
In manibus, tum ſi qua æuo referanda nepotum
Fatidici caſto cecinerunt pectore uates.
Ipſam autem ſecuram animi, lætamq; uideres
Authorem ſperare ſuum: nanq; affore tempus
Quo ſacer æthereis delapſus ſpiritus aſtris
Incorrupta pia compleret uiſcera matris
Audierat. Proh quanta alti reuerentia cœli
Virgineo in uultu eſt, oculos deiecta modeſtos
Suſpirat, matremq; Dei uenientis adorat.
Felicem illam humana nec lege creatam
Sæpe uocat: nec dum ipſa ſuos iã ſentit honores:
Cùm ſubitò ex alto iuuenis demiſſus Olympo,
Purpureos retegit uultus, numenq; profeſſus
Inceſſuq; habitu, ingentes explicat alas
Ac tectis latè inſuetum diffundit odorem.
Mox prior hæc oculis: ſalue lux debita noſtris
Iam pridem notum Cœlo iubar, optima Virgo
Cui ſeſe tot dona, tot explicuere merenti
Diuitiæ ſuperum: quicquid rectiq; probiq;
Aeterna de mente fluit: puriſſima quicquid
Ad terras ſummo ueniens ſapientia cælo
Fert ſecum, & plenis exundans gratia riuis
Te genitor ſtabili firmam ſibi lege ſacrauit

Perpetuos genitor curſus, qui dirigit aſtris,
Manſuramq; tuo fixit ſub pectore ſedem.
Idcirco cætus inter ueneranda pudicos
Vna es, quam latis cœli in regionibus olim
Tot diuum celebrent uoces: proh gaudia terris
Quanta dabis: quantis hominum ſuccurrere uotis
Incipies.

D*Ixerat ille altum &c.*} Poſtquàm narrauit Poeta qualiter pater æternus iuſſit Gabrieli Archangelo vt Mariæ nunciaret, decretum fuiſſe electam matrem filij Dei futuram, pro humano genere redimendo opportunè ipſius Archangeli diſceſſum narrat ut ſequitur. Ille ſcilicet Archangelus carpit iter, ideſt accingitur itineri per altum inane, ideſt per cęlum altum uocatis Zephyris, ideſt occidentalibus uentis Poetica locutio eſt. Angeli autem pro deſcenſu, atque aſcenſu vento non indigent. ſcindit ideſt diſrumpit & ſecat nebulas, atque tranat, ideſt graditur volans aera, petés, ideſt deſcendens ad ima, ideſt ad terram: que pro & pronus, ideſt flexus in partem anteriorem, aut ſupino contrarius. Ideò propriè dicitur pronus: ita Ouidius Metammorphoſeos libro primo inquit. *Ouid. li. 1. Meta.*

Pronaque cùm ſpectent animalia cætera terrã
Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre.

Iuſſit &c. vix commouet alas leues, ideſt

agitat alas agiles. notabis lector accuſatiuo huic leueis, cur addatur tertio uocalis, accuſatiuo nanq; plurali tertiæ declinationis licet mutare eandem vocalem e in i. in his nominibus dumtaxat quorum genitiuus pluralis exit in ium vt Laurentius Vall. refert libro primo cap. vltimo. quod quidem Seruio placuiſſe aſſerit: adducitur hìc optima comparatio ad indicandum ſeu deſcribendum alitis Gabrielis deſcenſum, vnde ſubditur. Ales ſupple talis erat, qualis eſt Cygnus candenti corpore ideſt albus, vbi ideſt poſt quàm proſpexit, ideſt ex alto deſpexit ſeu proſpexit pro proſpicit vt ſit præteritum pro præſenti, vada Mæandria ideſt flumen Mæandrum. Eſt autem Mæander fluuius Phrygię, circa quem inueniũtur plures Cygni, Cygnus latine olor. eſt auis quædam candida, quæ cùm ad mortẽ peruenit, maximo dolore angitur, adeò vt flere videatur vt Ouid. epiſtola 6. Ad uada Mæandri concinit albus olor. & idem alibi dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cantator Cygnus funeris ipſe ſui. Lucanus etiam tertio Pharſal. Errantem Mæandron adit &c. ſeu cùm ſupple proſpicit ampla ſtagna Cayſtri placidi, ideſt fluminis leniter defluentis. Cayſter fluuius eſt Lydiæ, qui ſcilicet Cygnus agens, ideſt volans, mittit ideſt ſe demittit præcipitem ideſt velociter & præci-

Laurẽt. Val. lib. primo.

Ouid. epiſtola. 6

Lucanus. 3. Phar.

piti modo, que pro et iam ipſe videtur ſibi ipſi ſegnis, & implumis q. d. ob uelocitatem, qua ſe ſe demittit vtraq; præcipuè ala corpori ita adhærente, & contiguè contracta, vt videatur ſibi met carere plumis donec victor, ideſt cõpos mentis effectus tandem potiatur ideſt frua tur aquis amatis. ſic ille ſcilicet Archangelus ſecabat ideſt deſcendendo ſcindebat auras & nubes. Aſt ubi ideſt poſtquàm ſtetit altus ideſt ex alto tractu Idumes palmiferæ ideſt palmis abundantis. Idume eſt vrbs quædam Phœniciæ palmis abundans vt Vergilius Georg. tertio in princ. carmine 12. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. Lucanus quoq; lib. tertio Gazaq; & arbuſto palmarum diues Idume, Aſpicit Reginam, ideſt Mariam uolentem ideſt conſiderantem pectore ſcilicet corde curas non humiles ideſt ſpirituales, altas, & diuinas, atq; illi ſcilicet Mariæ ſupple erant in manibus ſeu præ manibus veteres Sybillæ ideſt libri agentes de vaticinio veterum ſybillarum: de more ideſt ut ei moris erat tum ideſt demũ ſi ideſt quia, & eſt coniunctio confirmantis, vates fatidici ideſt vaticinantes Prophetæ, caſto pectore ideſt veridico & infallibili vaticinio cecinerunt, ideſt prophetauerunt qua pro aliqua æuo ſcilicet futuro nepotum ideſt vaticinati ſunt nonnulla pro nepotibus, ſeu ſucceſſoribus, aut poſteritate tempore futuro

Vergi. Georg. tertio.

Lucanus lib. 3.

turo venturis. Et quoniam Propheticis libris vacabat, ſtuduerat Prophetiæ Chriſtum venturum pronūcianti & præconizanti, & ex Virgine naſciturum (ut ex ipſius textus verbis innuitur & clarè oſtenditur) hilaris erat neſciens modo ſe ipſam futuram electam tanti Dei & hominis matrem, vnde ſubdit, autem videres ideſt quilibet videre poterat ipſam, ſcilicet Mariam ſecuram animi ideſt animo interrito, & à curis ſemoto. Securus enim dicitur ſeorſum à cura etiam imminente periculo. Tutus verò is dicitur, qui extra periculum eſt: attamen timet. quę pro & lætā, immò extrinſecus & intrinſecus lætam ſperare authorem ſuum ideſt creatorem: nanq; audierat tempus affore ideſt futurum eſſe, quo ſcilicet tempore ſacer Spiritus ideſt ſpiritus ſanctus, delapſus ab ſtris æthereis ideſt à Cælo compleret ideſt fæcundaret viſcera incorupta ideſt aluum ſanctam matris piæ ideſt Virginis proh admirantis eſt, quanta reuerentia ideſt modeſtia ſeu ſanctitas in ſpiritibus cæleſtibus eſt, in vultu Virgineo eſt. q. d. eam eſſe in ſola Virgine reuerentiam, quam in cæleſtibus ſpiritibus: deiecta oculos modeſtos, ideſt declinās oculos modeſtos ſuſpirat, ideſt præ gaudio ex imo pectore ſuſpiria emittit, & adorat, ideſt veneratur matrem (quam neſciebat futuram ut prædictum eſt) Dei venientis, ideſt CHRISTI

Dei

Dei, & hominis. Adorabat ſe ipſam adoratiōne hyperduliæ, & eadem CHRISTVM: eſt enim hyperdulia ſeruitus quædam que debetur Virgini, & CHRISTI humanitati, que pro & ſæpe uocat illam felicem creatam non humana lege, tanquam matrem CHRISTI futuram. Necdum, ideſt adhuc non ſentit, ideſt non ſentiebat ipſa ſuos, ideſt proprios honores, ideſt letabatur nomine alterius gaudio, quo ipſamet erat lætatura, & honore quo erat afficienda, cùm ſubitò, ideſt ſtatim iuuenis, ideſt Archangelus demiſſus, ſcilicet à Deo Patre ex alto olympo, ideſt Cœlo, retegit, ideſt manifeſtat uultus purpureos, ideſt pulchros, & profeſſus numen, ideſt prodidit ſe Archangelum ſeu ſpiritum cæleſtem eſſe inceſſu ideſt greſſu, que pro & habitu, ideſt veſtibus, explicat ideſt aperit alas ingentes, ac latè diffundit ideſt odorem paſſim ſpargit inſuetum: mox ideſt quàm primum prior hæc ſcilicet allocutus eſt verba. O optima Virgo, ideſt omnibus alijs longe maior ac Virginum uirgo appoſitoriè lux debita noſtris oculis, ideſt lux qua illuminamur nos Angeli, Beatiq; ſpiritus, quoniam ex te orietur ſol iuſtitiæ CHRISTVS. Iubar ideſt ſplendor, iubar verè accipitur pro cuiuſcunq; rei ſplendore, ut auri, argenti, & gemmarum, ad maieſtatem etiam hominis transfertur. Notum ergo iubar, ideſt

ſplendor cognitus cœlo.iam pridem,ideſt longo ante tempore, ab æterno. Salue ideſt Aue ſalutantis verba ſunt,cui tot dona,tot diuitiæ, ſuperum pro ſuperorum quicquid recti, probiq; fluit, ideſt procedit de mente æterna explicuere,ideſt addiderunt cui, ſcilicet tibi merenti, ideſt quæ mereris. Senſus eſt veluti ab æterno mater CHRISTI, electa gratiæ plenitudinem habuiſti vt apertiſſimè verba textus oſtendunt, & clariùs ex Euangeliſtæ verbis liquet videlicet: Aue gratia plena dominus tecum &c. Lucæ primo ita etiam Poeta chriſtianus Iuuencus inquit lib. primo de euangelica hiſtoria. *Lucas 1. cap.* *Iuuēcus*

Salue progeniem terris paritura ſalubrem
Deſine conſpectu mentem turbare verendo:
Nam tua concipient cœleſti viſcera iuſſu
Natum, quem regnare Deus per ſecula cũcta
Et propriam credi ſobolem gaudetque, iubetque &c.

O'puriſſima.ſcilicet virgo ſapientia veniēs è ſummo cœlo,ideſt Dei filius veniens ad terras,& in te conceptus à ſpirituſancto obumbrata,vt Euangeliſta ibidem proſequitur, appoſitoriè gratia exundans plenis riuis, ideſt afferens ſeu effundens exundantes gratiæ riuos: quem inquam maiorem gratiæ abundantem riuum,aut quod maius gratię profundum maſe effundere poterat quàm Chriſti genitricē

digna-

dignari? fert, ideſt affert ſecum quicquid, id-
eſt gratiæ plenitudinem vt dictum eſt, ideſt
æternus pater lege ſtabili, ideſt non mutabili
qui ſcilicet pater æternus dirigit, ideſt directo
itinere ſeu directè debito & naturali ordine
regit curſus perpetuos aſtris; ideſt cœlis, &
denique qui cuncta creata regit ſacrauit ſi-
bi ſedem firmam; que pro & manſuram ſub
tuo pectore, ideſt elegit te tabernaculum ſpi-
ritus ſancti. Idcirco illatiua eſt, ideſt ergo
vna, ideſt ſola es veneranda, ideſt venerari di-
gna participium pro nomine ponitur ex quo
amittit tempus & ſignificatum vt hinc ita aiut
Grammatici inter cœtus pudicos, ſcilicet in-
ter mulieres, ideſt benedicta tu in mulieribus
vt ſubdunt Euangelij verba (quam ſcilicet te
olim) ideſt futuro tẽpore ſcilicet (enix a puer
pera regem) tot voces diuum, ideſt diuorum
Angelorum in lætis regionibus cœli; ideſt in
cœlo celebrent, ideſt celebrabunt vt legitur
Matth. Matth. ſecundo, & ſubitò facta eſt cum Ange-
20. lo multitudo militiæ cœleſtis laudantiũ Deũ
„ & dicentium, gloria in altiſſimis Deo, & in ter
„ ra pax hominibus bonæ voluntatis &c. quam
„ Matthæi autem refert. Cap. Nocte ſancta Na
tiuitatis Domini de conſecr. diſt. prima, dum
„ *Diſtinct.* ibi dicit, quoniam eadem nocte ab Angelo pa
1. de cõſ. ſtoribus eſt nunciatus: & ſubitò facta eſt cum
„ Angelo &c. Proh admirantis eſt quanta gau-

dia

dia dabis terris, ideſt mundo & populis. q. d. maxima, vt ibidem, Ecce euãgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo &c. quantis votis, ideſt maximis aut multis incipies ſuccurrere hominum, ſcilicet incipies hominibus in multis votis ſuccurrere, quoniam peccatorũ refugiũ in fallibile eſt Maria miſericordiæ & gratiæ mater, vt diffuſiùs prædiximus in principio inuocationis quã agit Poeta.

INcipies: *ſtupuit confeſtim exterrita uirgo*
Demiſitq; oculos: totoſq; expalluit artus
Non ſecus ac conchis ſi quando intenta legendis
Seu Micone parua, ſcopulis ſeu forte Seriphi
Nuda pedem uirgo, lætæ noua gloria matris
Veliferam aduertit uicina ad littora puppim
Aduentare timet, nec iam ſubducere ueſtem
Audet, nec tuto ad ſocias ſe reddere curſu:
Sed trepidans ſilet, obtutuq; immobilis hæret.
Illa Arabum merces, & fortunata Canopi
Blona ferens, nullis bellum mortalibus infert:
Sed pelago innocuis circum nitet armamentis
Tum rutilus cœli alipotens, cui lactea fandi.
Copia, diuiniq; fluunt è pectore rores
Ambroſiæ, quibus ille acreis mulcere procellas
Poſſit, & iratos pelago depellere uentos.

STVPVIT *confeſtim &c.* ¶ Intellecta Archangeli ſalutatione Maria, vt præmonſtra

tum

» tum eſt,obſtupuit ac expalluit,quæ cùm audiſ
» ſet turbata eſt in ſermone eius, &c .ogitabat
» qualis eſſet iſta ſalutatio,vt Luc. eod. cap.Sed
Luc.eod. cap. » quærenti hìc forſan quare virgo non ſtatim primo Angeli ingreſſu,& eiuſdem audita ſalutatione non reſalutauit, ſed turbata eſt in ſermone eius, vt Euangelicus textus refert. *Ambro.* Ambroſius reſpondet his verbis.Itaq; quamuis eſ
» ſet humilis: præuerecundia tamẽ non reſulta
» uit,nec vllum reſponſum retulit,niſi vbi de ſu
» ſcipienda Domini generatione cognouit, ut
» qualitatem effectus diſceret, non vt ſermonẽ
» repelleret. Et intendens Poeta indicare quali ſtupore fuerit rapta, affert quæ ſequitur pulchram comparationem. Confeſtim ideſt ſtatim.Ordo eſt virgo demiſit oculos, ſcilicet ad terram, que pro & expalluit,ideſt pallida euaſit totos artus,ideſt totis artubus, caſus pro caſu, non ſecus ac ideſt non aliter quàm ſupplẽ pauet virgo aliqua intenta, ideſt anxia, & nimis ſollicita legendis, ideſt in colligendis conchis,concha eſt piſcis genus ex cancrorum genere. Eſtq; verè firmioris teſtæ vniformiterq; rugatæ vulgò corchìola nuncupamus.in ſcopulis forte Seriphi, ideſt in inſula in mari Ægeo, ſeu in parua Micone ideſt inſula ita etiam nuncupata eſtq; inſula in Græcia,appoſitoriè gloria noua matris, ideſt magna matris gloria,in qua ſcilicet mater nimium ſibi complacuit nu

da

da pedem, ideſt habens pedes nudos, pars pro toto figura eſt Synedoche. Si quando, ideſt ſi aliquando aduertit (colligendo ſcilicet intentè conchas) puppim veliferam epitheton proprium eſt ratibus, ideſt nauem afferentem vela aduentare, ideſt venire ad littora vicina, ideſt proxima inſulę, in qua ipſa adhuc moratur timet, ideſt adeò timet quin audeat iam ſubducere ideſt relaxare, aut dimittere veſtem q. d. obliuiſcitur præ timore crura tegere, nec reddere ſe, ideſt addere ſe ſociis ſeu ſe ad ſocias conferre, & comitari tuto curſu, ideſt itinere, ideſt ſociarum etiam oblita, ſed trepidãs ſilet, ideſt tacet tremens, que pro & hæret ideſt dubitat immobilis, ſcilicet gradum ſiſtens obtutu ideſt aſpectu, aſpiciendo, ſcilicet veniẽtem nauem quam hoſtium turcarum eſſe arbitratur: illa, ſcilicet nauis ferens dona fortunata, i. mercimonia Canopi, ſcilicet proſpera fortuna aduěta. Canopus eſt Ægypti vrbs, & merces Arabum, ideſt Thura & alia odoramenta ab Arabia. Eſt autem Arabia regio inter Iudæam, & Ægyptum infert bellum nullis mortalibus, ideſt non molitur bellum homìni alicui, ſeu nullibi, ſed circum, ideſt vndique pelago, ideſt in pelago onuſta nitet, ideſt onerata eſt armamentis, ideſt vtenſilibus venalibus innocuis, ideſt non nocentibus ſed neceſſariis & proficientibus, poſita comparatio-

ne

ne:proſequitur Poeta narrationem quid Archangelus monuerit virginem poſtquam paueſcere vidit, vnde inquit, tum alipotens, ideſt Archangelus Gabriel cęli rutilus, ideſt ſplēdens, cui ſcilicet Archangelo eſt çopia lactea, ideſt dulcis & ſuauis: copia fandi, ideſt loquendi, que pro & è pectore, ideſt ex ore fluunt, id eſt procedunt rores diuini, ideſt diuina & ſuauia verba veluti matutini rores, & ambroſiæ, ideſt dulcia tanquam ambroſiæ: ambroſia cibus eſt Deorum, vt Poetæ fabulantur, & dicitur immortalitas, quòd ſi quis ea veſceretur immortalis euaderet, quibus verbis, ſcilicet ille ſcilicet Archangelus poſſit, ideſt valeat mulcere, ideſt ſedare, & mitigare procellas aereis, figuratè ſeu per tranſlationem loquitur, ideſt animi motus: procella etenim eſt ventorum vis cum pluuia qua maria magnopere commouētur: hinc ideo ad animi motus refertur. Cùm enim aliquod nouum inſperatò euenit turbamur, animuſq; noſter veluti mare procellis, quibuſdam motionibus æſtuat, procellitur, concutiturq;. Et depellere, ideſt fugare pelago, ideſt ex animo ventos iratos, ideſt motus illos maximos animi.

EX V E dia metus animo paritura uerendum
Cœlitibus numen, ſperataq; gaudia terris,
Aeternamq; datura uenis per ſecula pacem.

Hæc

Hæc ego ſyderea miſſus tibi nuncius arce
Sublimis celeres uexit quem penna per auras
Vaticinor, non inſidias, non nectere frandes
Edoctus, longè à noſtris fraus exulat oris.
Quippe tui magnum magna incrementa per orbẽ
Ipſa olim partus uirgo, ſobolisq; beatæ
Aſpicies, uincet proauos, proauitaq; longo
Extendet iura imperio, populiſq; uocatis
Ad ſolium, latè ingentes moderabitur urbes,
Nec ſceptri iam finis erit, nec terminus æui.
Quin iuſtis paulatim animis pulcherrima ſurget
Relligio non monſtra piis, ſed numina templis
Placabunt caſtæ diris ſine cædibus aræ.
Dixerat.

EXVE *dia metus &c.* } verba Archangeli Mariam monentis ſunt, ut ibidem Euangeliſta inquit, ne timeas Maria inueniſti enim gratiam apud Dominum, ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum &c. & idem Poeta Iuuen. ibidem proſequitur hũc vbi ſub lucem dederis ſit nomen Ieſus. Ordo itaq; eſt: dia, ideſt diua, exue, ideſt depone metus, ideſt timorem animo paritura, ideſt tanquam paritura, ſcilicet quæ paries numen, ideſt Chriſtum Ieſum Saluatorem verendum, ideſt timendum cęlitibus, ideſt à ſpiritibus cęleſtibus: uenis, ſcilicet tu etiam datura, ideſt quæ dabis æternam pacem per ſecula, & gau- *Iuuencus.*

dia ſperata, ideſt deſiderata terris, ideſt mundo ſeu gentibus: deſiderabant etenim Patres in lymbo Chriſti aduentum primum vt com-
Eccleſia. memorat Eccleſia in antiphonis aduẽtus qua-
rum vltima quæ ſequuntur verbis loquitur ò
„ Emanuel Rex & legifer noſter expectatio gẽ-
„ tium, Saluator earum veni ad ſaluandum nos
„ Domine Deus noſter. Ego nuncius miſſus à Deo patre ab arce ſiderea, ideſt à cœlo quem, ſcilicet me pẽna ſublimis, ideſt velocitas mea tanquam beatus Spiritus à Deo creatus. Inuẽtio, ſeu hominum fictio fuit Angelis alas, & pennas attribui cùm ſint ſpiritus, & dicantur nuncij, & à cœlo in terram ad nunciandum à Deo miſſi ueniant: vexit per auras celeres, ideſt per aerem vaticinor, ideſt prophetizo, & prænuncio tibi hæc, ſcilicet iam dicta te, ſcilicet parituram Chriſtum non edoctus ſupple ſum nectere inſidias & fraudes, ideſt nemini imponere fraude & inſidiis, fraus exulat, ideſt exul eſt, & longè à noſtris oris, ideſt à ſedibus æthereis. Quippe ò virgo aſpicies olim ideſt futuro tempore per magnum orbem magna incrementa, ideſt augmentum partus, & tuæ beatæ ſobolis, ideſt prolis. q. d. quamuis tot Reges, ex quibus originem ducet ſecundum carnem, aut veluti homo, fuerint potentes, & imperauerint, iſte quem prædico te, pariturã longè antecellet, vt textus uerba indicant. quę
proſe-

proſequamur;vincet,ideſt ſuperabit proauos, ideſt omnes prædeceſſores, ſiue illi ſint proaui, abaui, ſeu ataui &c. Non ſolum proauos, eſt autem proauus aui paterni, vel materni pater, que pro & extẽdet, ideſt augebit iura proauita, ideſt iuriſditiones proauorum ſeu prædeceſſorum longo Imperio, ideſt Regno, & populis vocatis, ideſt electis ad ſolium, & moderabitur latè ingentes urbes, ideſt totum orbẽ reget, veluti Rex Regum, & totius Dominus. Nam Domini eſt terra, & plenitudo eius &c. vt Pſal. 13. de qua Pſalmographi ſententia meminit cap. ubicunque ſepeliamur. 13. q. 2. ibi Domini eſt terra. Nec erit finis ſceptri, ideſt Regni eius non erit finis, vt Euangeliſta proſequitur, nec erit terminus cui, i. temporis. Quin, ideſt præterea religio Epentheſis figura dicitur, quæ interpoſitio ſeu additio literæ in medio dictionis, vt hic Eſt in frequẽti Poetarum vſu, vt efficiatur ſillaba prima longa, cùm ſit breuis. Religio ergo pulcherrima paulatim ſurget iuſtis animis, ideſt introducet Euangelicam legem, quæ quidem credentibus quiddã pulcherrimum erit ad quam prædicandã miſit diſcipulos dicens. Euntes in vniuerſum mũdum, prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur; ut Marcus 16. ait. Aræ caſtæ, ideſt ſanctæ ſine cædibus

Pſal. 13. 13. q. 2. Marc. cap. 16.

dibus diris, ſcilicet ſiue animalium cæde placabunt, & non interfecta monſtra, ideſt animalia, ſed placabunt, ideſt victimabuntur numina, ſcilicet offerentur vera ſacrificia in templis piis, & ſacris aris ad Deum placandum. Apertè igitur patet Chriſtum introductuum Euangelicam legem, & manum imponere veteri legi, & penitus ceſſare cerimonias illius innuere hìc velle Poetam, vt ex ipſius carminum verbis, & ſenſu oſtenditur euanuerunt etenim victimæ, & holocauſta illa, cùm vera victima, & verus agnus Chriſtus Dei filius Sal
» uator noſter aſſiſtens Pontifex futurorum bo
» norum per amplius, & perfectius tabernacu-
» lum non manufactum, ideſt non huius crea-
» tionis, neque per ſanguinem hircorum, aut vi
» tulorum, ſed per proprium ſanguinem introi-
» uit ſemel in ſancta æterna redemptione inué-
Paul. » ta, ut Paulus Hebræ. 9. Et idem ad Galatas 4.
Hebræ. At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus
9. filium ſuum factum ex muliere, factum ſub le
Ad Gal. ge, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut ado
4. ptionem filiorum reciperemus &c. Probat ét & clariſſimè hoc Summus Pontìfex, in decretal. cap. unico de purificat. poſt. part. ubi quæſitum fuit ab eo quanto tempore mulier poſtpartum ingreſſu Eccleſiæ abſtinere debet cũ lege Moyſi cautum fuerat abſtinere debere aliquibus diebus, uidelicet pro maſculo 40. die-

bus

bus pro fœmina 80. vt notatur diſt. 5.§.1.cui *Diſt 5.*
quæſito reſponſum fuit, quòd lex per Moyſen §.1.
data eſt gratia, & ueritas per Chriſtum facta „
eſt, & deinde ſubdit textus ibi poſtquam um- „
bra legis euanuit, & illuxit ueritas Euangelij „
&c. quibus uerbis patet expreſsè, quod ad hoc „
prebandum prædicimus. Determinatur de- „
ſinum ibi in fine textus. mulieres ſtatim poſt, partum uolentes Eccleſiam gratias Deo redditurас ingredi poſſe, ut etiam probatur dicta diſt. 5. paulò ſuperiùs allegata quaſi per totũ.

Dixerat. *illa animũ ſedato pectore firmãs*
Subſiſtit, & placido breuiter ſic ore locuta
Conceptus ne mihi tandem, partuſq; futuros (eſt:
Sancte refers? me ne attractus perferre uiriles
Poſſe putes? cui uel nitenti matris ab aluo
Protinus inconcuſſum, & ineluctabile uotum
Virginitas fuit una: nec eſt cur ſoluere amatæ
Iura pudicitiæ cupiam, aut hæc fœdera rumpam
Immò iſtas, quod tu minime iam rere, per aures
Excipit interpres, fœcundam ſpiritus aluum
Influet, implebitq; potenti uiſcera partu,
Flammifero ueniens cęlo, atq; micantibus aſtris,
At tu uirgineum mirata tumeſcere uentrem
Hærebis pauitans, demum formidine pulſa
Gaudia ſeruati capies inopina pudoris:
Nec hæc uana putes, dictis aut territa noſtris
Indubites, ſeræ dudum conceſſa ſenectæ

Dona oculos pone ante tuos, nam ſanguine auitò
Iuncta tibi mulier (ſterilis licet illa, grauiq;
Preſſa æuo) haud quaquam ſperatum hoc tẽpore pi
Fert utero, & felix ſexto ſub menſe laborat (gnus
Vſque adeò magno nil non ſuperabile cælo eſt.
His dictis.

DIXERAT *illa autem &c.* ❡ Poſtquàm Gabriel certiorem fecit Virginem de Dominico ortu nondum ipſa fiderat penitus illius uerbis, attamen cùm ſibi impoſſibile uideretur Virginem ſine uirili ſemine concipere poſſe, cùm præcipuè Deo uirginitatem uouiſſet perpetuam ita, ut ſequitur Poeta noſter aſſerit reſpondiſſe. Ordo eſt igitur: illa, ſcilicet Maria firmans animum, ideſt melius conſiderando ſedato, ideſt mitigato pectore, ideſt corde, & primo illo animi motu ſubſiſtit, ideſt aliquantulum cunctando ſubſtat, & ſupple inde breuiter ſic ore locuta eſt. Pleonaſmos eſt figura, quæ quidem ſuperuacua adiectio eſt ad plenam ſignificationem, qua Poetæ frequenter
Virg. 1. Aeneid. vtuntur, vt Vergil. in 1. Æneid. loquens de venere ait ſic ore locuta eſt, vt hic: ſuperfluit nanque ore quoniam loqui aliter, quàm ore nequimus. Sed conſtructionem proſequamur, ò ſancte, ſcilicet Archangele, ne pro ergo refers, ideſt nuncias tandem cõceptus, ideſt me poſſe concipere, que pro & futuros partus, id-

eſt

eſt quod inde ſim partitura? ne pro ergo illatiua eſt putas, ideſt arbitraris me poſſe perferre viriles attractus, ideſt vt poſſim virum cognoſcere? vt ſonant textus verba ſequentia ibi dem, ſcilicet quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? & idem Poeta ita eleganter proſequitur.

Nullos conceptus fieri ſine coniuge dicunt
Vnde igitur ſobolē mihi nūc ſperabo venire?

Cui ſcilicet mihi ab aluo nitenti, ideſt celebri, ideſt dum eſſem in vtero matris protinus fuit vna virginitas, & ea eſt mihi virginitas, quæ in aluo matris erat, & votū inductabile, ideſt incorruptibile, & inuiolabile, & inconcuſſum, ideſt non fractum nec frangibile nec eſt ſcilicet aliquid, nec erit, & fuit quód moure poſſit me, ideſt cur cupiam, ideſt deſiderem ſoluere, ideſt frangere iura, ideſt vincula amatæ pudicitiæ, ideſt virginitatis, & caſtitatis, aut rumpam, ideſt ſoluam hæc fœdera, ideſt votū hoc perpetuò, ſcilicet eius ſeruandæ: immò reſpondit Archangelus, quòd tu minime rere, ideſt non arbitraris, quaſi dicat, tu re eris hoc impoſſibile. Interpres, ideſt Propheta quem Deus ſpiritu repleuit prophetico, & te parituram prænunciauit excipit, ideſt intelligit pro intellexit per iſtas aures, ſcilicet verè prædicat te parituram. vt ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel

Iſai. c.7. nuel &c. Iſai. cap.7. Spiritus, ſcilicet ſanctus veniens à Cœlo flammifero, atque aſtris, ideſt ſedibus cœleſtibus micantibus, ideſt ſpendentibus influet, ideſt deſcendet in aluum ſanctam, & fœcundam, & partu potenti, ideſt virtute ſua diuina. que concipies implebit, ideſt fœcundabit viſcera, ideſt ventrem, ita Euangeliſtæ verba ſubdunt. Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi &c.

„ Virtus cælſa Dei circumuolitabit obumbrans
„ Spiritus, & veniet purus lætiſſima virgo,
„ Ac tibi mox puerum caſto ſermone iubebit
„ Magnificum gigni populis, quem credere ſanctum
„ Supremiq; Dei natum vocitare neceſſe eſt.

Idem eo. cap. At tu mirata, ideſt poſtquàm concipies miraberis ventrem virgineum tumeſcere pauitans, ideſt tremens verendo pauebis, inſolito alui tumore hęrebis, ideſt dubitabis demum pulſa formidine, ideſt depoſito timore capies gaudia ìnopina, ideſt inopinatè gaudebis ob ſeruatam virginitatem. nève putes, ne pro vel putes, ideſt arbitreris hæc vana, ſcilicet quæ à me tibi dicta ſunt aut territa, ideſt animo deficiens noſtris pro meis dictis, ideſt verbis indubites, ideſt ne verearis, &c. volēs Archangelus partus poſſibilitatem ab effectu probare virgini admodum dubitanti adhuc

præpo-

præponit ſterilem Eliſabeth anum concepiſſe: dicit ergo pone ante oculos tuos dona conceſſa, ſcilicet fœcunditatis, & ſobolis procreandę dudum, ideſt nunc nunc temporis ſenectæ ſeræ, ideſt Eliſabeth ſeni. Nam mulier iſta, ſcilicet Eliſabeth eſt. tibi iuncta, ideſt cognatione ſanguine auito, ideſt deſcendēte ab auis tuis, licet illa ſit ſterilis. que pro & ſit æuo graui preſſa, ideſt ſit anus multis diebus plena, haud quaquàm, ideſt etiam hoc tempore, ideſt nūc fert utero, hoc pignus ſperatum, ideſt deſideratum, ideſt quod multo ante tempore optauerat concipere, & parere vnà cùm viro ſuo Zaccharia ſæpiſſimè, & aſſiduè Deum orauerant ambo, ut legitur Lucæ etiam 1. cap. dum dicit, Ait autem ad illum Angelus, ne timeas Zacharia, quoniam ex audita eſt deprecatio tu- & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et felix, ſcilicet ipſa laborat, ideſt preſſà fœtus pondere ſexto menſe, ſcilicet iam ſexto ab hinc menſe vſque adeò nil non, ideſt omne ſeu, quodcunque eſt ſuperabile, ideſt poſſibile cœlo, ideſt Deo cœli, & totius creatori, & opifici maximo, Ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis, quia non erit impoſsibile apud Deum omne uerbum, ut dictat textus ibidem. Et pulchrè etiam idem quem adduximus

Luc. c. 1.

Luc. c. 1.

mus

mus Poetam proſequitur. Sic cognata tibi ſte-
„ rilis, quæ credita cunctis, Zachariæ coniunx
„ mortali germine nuper, auo defeſsis auxit mi
„ racula membris. Sextus adeſt menſis parent
„ ſic omnia iuſsis.

His dictis Regina oculos ad ſidera tollens
Cęleſtũq; domos ſuperas, atq; aurea tecta
Annuit, & tales emiſit pectore uoces.
Iamiam uince fides, uince obſequioſa uoluntas
En adſum: accipio uenerans tua iuſſa tuumq;
Dulce ſacrũ pater omnipotens nec fallere ueſtrũ
Cælicolæ: noſco crines, noſco ora, manuſq;
Verbaq; & aligerum cæli haud uariantis alũnũ.
Tantum effata repente noua miſcuiſſe penates
Luce uidet, nitor ecce domum complerat: ibi illa
Ardentum haud patiens radiorum igniſq; coruſci
Extimuit magis, at uenter (mirabile dictu)
(Non ignota cano) ſine ui, ſiue labe pudoris
Arcano intumuit uerbo, uigor actus ab alto
Irradians, uigor, omnipotens, uigor, omnia cõplẽs
Deſcendit, Deus ille, Deus: totoſq; per artus
Dat ſeſe, miſcetq; utero, quo tacta repente
Viſcera contremuere: ſilet natura pauetq;
Attonitæ ſimilis, confuſaq; turbine rerum
Inſolito, occultas conatur quærere cauſas.
Sed longè uires, alias, maioraq; ſentit
Numina, ſuccutitur tellus, læuumq; ſereno
Intonuit cælo rerum cui ſumma poteſtas

Aduen-

Aduentum nati genitor teſtatus, ut omnes
Audirent latè populi, quos maximus ambit
Oceanus, Tethyſq; & rauciſona Amphitrite.
Hos inter medios cœli terræq; fragores
Aequatis properans uolucer pulcherrimus alis
Omnia dum trepidant, diſceſſerat, altaq; nabat
Per loca, cùm uirgo celſis in nubibus illum
Alternantem humeros uidet, atq; immenſa ſecãtē
Ventorum ſpatia, & iam uerſi colore per auras
Fulgentem pluma, ac cœli conuexa petentem
Quem demum tali aſpectans ſermone ſecuta eſt.

HIs *dictis &c.* Docet quomodo uirgo, ab Archangelo conceptus facilitatē monita demum aſſentita eſt, deſcribitq; humilitatem maximam, qua reſponſum dederit, eadēque duce tabernaculum trinitatis effici meruerit; ut textus uerba clariſsimè oſtendunt ad cuius conſtructionem deueniendum eſt. Ordo eſt. Regina, ſcilicet uirgo cœli Regina tollens, ideſt eleuans oculos ad ſidera. quę pro & ad domos ſuperas, atq; aurea tecta cœleſtū, quæ idem omnia dicunt, ideſt cœlos, & annuit, ideſt aſſentitur cœlos intuens, & tales uoces emiſit pectore, ideſt ex ore cùm in corde prius conceperit. Iamiam, ideſt repente ſeu ſtatim fides ſupple o fides uince, ideſt aſſentire uoluntas obſequioſa uince etiam ſupple, ideſt obſequere, quibus ex uerbis notatur Virginē

fide,

fide,uoluntate, corde, ore, cunctisq; ſenſibus aſſenſum præbuiſſe vnde ſubdit,en adſum,id- eſt, Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum, ut ibidem concludit textus,& incarnatus eſt de Spiritu Sancto,ex Maria Virgine, & homo factus eſt, ut in Apoſtolorum ſymbolo liquet. cui Virginis reſponſo ita aptè,& eleganter idem Poeta carmina aſcribit.

Sedu.

Virgo de hinc, Domino famulam nunc ecce iubenti

Vt tua uerba ſonant, cernis ſeruire paratam

Quo præſtito his uerbis aſſenſu, quàm primùm intumuit ſacratiſsimus uenter. Et uerbum caro factum eſt;ut Ioannes 1. Capite inquit,ut paulò poſt aperiunt textus uerba. Sed ad reliquum conſtructionis.ò pater omnipotens uenerans, ideſt uenerãter accipio tua iuſſa,ideſt præcepta.que pro & tuum ſacrum dulce,ſcilicet mandatum eloquio dulci mihi præ poſitum,ò cœlicolę, ideſt Archangeli,ſeu beati ſpiritus fallere ueſtrum non eſt,ideſt ad vos non attinet, quaſi dicat, mentiri nequaquam poſsitis, noſco crines,ideſt comam, ora,ideſt uultum,& faciem. que pro & manus uerba te eſſe Angelum uerè ex uerbis, membris,& geſtis noſco,& aligerum cœli haud uariantis,ideſt ueri aliger: Epitheton Angeli eſt, ut ſuperius diximus, alumnum,ideſt uerè ſanctis moribus,& cœleſti doctrina inſtructum,& imbu

Ioan.c.1

tum alumnus,qui alitur,& qui alit dicitur, ut aliquornm Gramat.dictat ſententia h c paſsiuè accipitur. Laurentius vall. lib.6. de nom. ſignif. primo cap. de alumno (ſi rectè memini) vult tantum paſsiuè,accipi: tantum effata ſupple fuit Maria inquit Poeta videt, ſcilicet ipſa Virgo repente, ideſt ſtatim videt noua luce,ideſt inſolita micuiſſe, ideſt fulgure penates,ideſt domum illam humilem quam cocolebat Penates verò dicuntur Dij Domeſtici qui penes nos nati ſunt. hæc nil ad propoſitum ſignificatio hæc. Ecce nitor,ideſt ſplendor complerat,Syncopa eſt pro compleuerat, ideſt illuſtrauerat domum ibi illa,ſcilicet Virgo haud patientes radiorum ardentum: quę pro, & ignis,ideſt fulgoris coruſci,ideſt coruſcantis magis extimuit, ſcilicet non pati poterat ſplendorem illum inſolitum, & expauit. Afferunt nanq; noua admirationem: vbi ponitur Ecce admirantis aduerbium ſequitur quid mirabile, vt Vergil. Æneid.2. *Laurem. vall.l.6.* *Ver.2.*

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas,& circum tempora
paſci, &c. Et ibid.

Ecce autem gemini à tenendo tranquilla per alta(horreſco referens)immenſis orbibus Angues, &c. Ita etiam inuenitur apud ſacros textus, vt Io. primo Ecce Agnus Dei, Eccę

qui

„ qui tollit peccata mundi. Et Ecce ancilla
„ Domini, &c. vt paulò ſuperius. Ecce mulier
que erat in ciuitate peccatrix. Luc. cap.7. Et
aliæ plures autoritates adduci huc poſſent ſed
breuitatis cauſa ommittuntur. At uenter, ſcili
cet Mariæ (mirabile dictu) opportunè inter-
ponitur Parentheſis, legenda eſt cum admi-
ratione maxima, ideſt quid mirabile eſt, vt di-
catur (non ignota cano) & etiam congruè hęc
quadrat non ignota cano, ideſt prędico uera,
& cognita, & admirabilia, intumuit, ideſt re-
pletus eſt ſine vi, ſine labe, ideſt macula pudo-
ris, ideſt virginitatis, ut ante, & poſt, partum,
& in partu verbo arcano, ideſt Spiritu ſancto
arcanè operante, ut præfiguratum fuerat in
Iud.6. Gedeonis vellere, vt legitur Iudic.6. Nam ſi-
cut Ros deſcenderat in vellus ſine velleris læ-
ſione ita filius Dei erat deſcenſurus in vterum
Virginis Mariæ abſq; virginitatis læſione, &
ſicut in ſecundo ſigno aqua illa exiuit de vel-
lere ſine læſione velleris, & apparuit viſibilis
in pelui ita Chriſtus exiuit de vtero Mariæ
abſq; virginitatis læſione, & apparuit viſibilis
in mundo, & expreſsit nobis rorem ſuæ do-
ctrinæ, & gratiæ quòd in ſpiritu præuidens
Dauid. Propheta ait deſcendet ſicut pluuia in vellus,
Pſal.71 & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram Pſal-
Eccleſia. mo.71. Vnde ſancta Eccleſia canendo dicit
» quando natus es ineffabiliter ex Virgine tunc

imple-

impletæ ſunt ſcripturæ, ſicut pluuia in vellus deſcendiſti, &c. Et in Hymno natiuitatis, videlicet ad laudes inquit: A ſolis ortu cardine, vſque ad terræ limitem Chriſtum canamus principem, Natū Maria Virgine: Domus pudicis pectoris Templū repente fit Dei Intacta neſciens virum, Verbo concepit filiū. Et in vtroque Symbolo, Qui cōceptus eſt de Spiritu ſancto natus ex Maria Virgine. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, & ex Maria Virgine, &c. Et in Cantico etiam Ambroſij, & Auguſtini legitur, Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non horruiſti virginis vterum, &c. Vigor ideſt virtus, ſeu vis, actus, ideſt motus, ſeu mota ab alto, ſcilicet Cœlo irradians, ideſt illuſtrans ſeu illuminans, tanquam radius ſolaris, vigor inquam ſupple iterat ter. ad denotandam vim ſeu vehementiam ipſius vigoris, & ad ſignificandum quisnam fuerit ille. Vnde ſubdit dicens vigor omnipotens, ideſt ueniens ab omnipotentia Dei, vigor complens omnia deſcendit, & eſt ſupple vigor ille Deus, Deus, ſcilicet Spiritus Dei Sanctus omnia replens, ideſt idem qui repleuit Apoſtolos, & orbem terrarum cùm factus repente de Cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus uehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes, & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum,

Acto. c. 2. & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto,&c. Vt actuum cap. ſecundo. Que pro,& per totos artus, ideſt per omnia membra dat ſe ſe,ideſt integrè per ea diffundens ſe ſe,& quo utero, ſcilicet quod ita intumuerat,viſcera tacta, ideſt interiora membra repentè,ideſt ſtatim cõtremuere,ideſt omnia ſimul tremuere. Natura ſilet,ideſt tacet ſimilis,ſcilicet exiſtens,ſimilis attonitæ: que pro, & pauet, ſcilicet obſtupuit, & benè pauet Natura, nam quæ ſupra Naturam fiunt, & accidunt illi ignota ſunt.

D.Tho. Notandum eſt teſtè D.Thoma in Comment. Boet. de conſol. Philoſ. lib. 3. metro 2. quod incipit: quantas rerum flectat habenas Natura potens, &c. Natura triplex eſt, Prima dicitur Natura naturans. Sicut eſt Deus à quo dependet Cœlum,& tota Natura, alia eſt Natura naturans, & naturata ſimul ſicut eſt Cœlum quod dicitur naturata Natura in quantum influit Naturis iſtorum inferiorum. Alia Aug. eſt Natura naturata quam Beatus Auguſtinus ſic diffinit eſt quædam vis, ſiue potentia diuinitus inſita rebus creatis,quę vnicuiq; rei ſuũ eſſe tribuit,qua cùm quisq; malè vtitur malus habetur, & eſſe iudicatur. Nos ergo dicimus Poetam intellexiſſe de Natura naturata tantum Boetius verò ipſe in de duabus Naturis, & vna perſona Chriſti aduerſus Eutychen, & Neſticorum ita deffinit Natura eſt earum re-

rum, quæ cùm ſint quoquomodo intellectu capi poſſunt. Sequitur textus. que pro & confuſa, ſcilicet ipſa Natura, ideſt exterrita inſolito rerum turbine, ideſt ordine ſeu accidenti rerum turbato, & ſupra naturali conatur, ideſt nititur quærere, ideſt ſcire ſeu ſcrutari cauſas occultas, ideſt latẽtes, quę ſcilicet occultę cauſæ & eædem diuinæ cœlantur Naturam. quare ſubdit. Sed ſentit, ideſt experitur maiora numina, ſcilicet ſuis viribus, & vires longè alias, ideſt alienas & impares ſuis humeris. Tellus ſuccutitur, ideſt quatitur: que pro & Genitor, ſcilicet Pater æternus, cui, ſcilicet Patri eſt ſupple poteſtas ſumma rerum tanquam omnium Creatori viſibilium, & inuiſibilium. è ſupple Cœlo ſereno teſtatus aduentum lætum, ideſt proſperum nati, ſcilicet Chriſti Saluatoris intonuit, ideſt ſignum oſtendit tanquam tonans, vt talis Nati aduentus diuulgaretur & penitus propalaretur. Vt omnes populi latè, ideſt à longè audirent quos, ſcilicet populos ambit, ideſt circundat maximus Oceanus, ideſt mare quod terram vniuerſam circuit: que pro & circuit, ſcilicet Tethys, & Amphytrite Oceanus Tethyſq; &c. verſus iſte ſpõdeũ in quinta ſede ſibi vendicat licentia Poetica, vt Ouid. Metamorph. primò dixit Margi „ *Ouid. Met. 1.*
ne terrarum porrexerat Amphytrite. Tethys „
Cœli & Veſtę filia fuit, coniunx Neptuni quã-

doque etiam ponitur pro mari Amphytrite Oceani, & Doridos filia, quæ fingitur à Poetis eſſe vxor Neptuni & ſignificat mare: Rauciſona Epitheton ipſius eſt ex quo accipitur pro mari quod quidem rauciſonum eſt. Cùm fluctuat, inter hos medios fragores cœli & terræ, ideſt media hac vulgata fama in cœlis & in terris volucer pulcherrimus, ideſt Archangelus mira pulchritudine properans, ideſt prope rè ambulans & tanquàm volucer volans alis æquatis, ideſt alas agitans æquè dum omnia trepidant, ſcilicet conſiderantia diuinum aduentum, cum ſtupore & tremore diſceſſerat à Virgine: ſupple, que pro & nabat, ideſt gradiebatur ſeu volabat per alta loca cœlum verſus: cùm virgo videt in celſis nubibus, ideſt in aerijs regionibus illum alternantem, ideſt alternatim agitare humeros, ideſt alas. atque ſecantem, ideſt diuidentem immenſa ventorum ſpatia, ideſt Aerem, qui ventorum regio dici poteſt. Et iam ſupple volantem per auras fulgentem, ideſt ſplendentem pluma verſicolore ac petentem conuexa, ideſt vndiq; inclinata, Cœlum dicitur verè conuexum, eſt enim Sphericum corpus cuius exterior pars conuexa dicitur, interior verò concauitas ſeu profunditas, & inania cœli ideſt aeris quem, ſ. Archan. demum aſpectans, i. intentè intuens, ſcilicet Maria ſecuta eſt, i. locuta tali ſermone.

Magne

Magne ales, celſi decus ætheris, inuia rerũ
Qui penetras, longeq; et nubila linquis et
Ante volans, læto ſeu tu felicia tractu (Euros.
Sidera, quæque ſuos uoluuntur ſigna per orbeis
Expectant redeuntem: alti ſeu certa repoſcit
Cryſtalli domus, & uitrei plaga lucida regni:
Seu propiora uocant ſupremo tecta tonanti;
Qua patet in ſummum regio flammãtis olympi,
Teq; amor, et liquidis flagrans alit ignibus Aura:
I precor, & noſtrum teſtis defende pudorem.
Nec plura his. Tum uerò aciẽ deflectit & omnem
Haud mora, ſollicito percurrit lumine montes,
Agnatamque animo, conceptaque pignora verſat.
Multa putans, ſeruumque vteri miratur honorem.
Interea manes deſcendit fama ſub imos
Pallentesque domos veris rumoribus implet,
Optatum aduentare diem, quo triſtia linquant
Tartara, & euictis fugiant Acheronta tenebris,
Immanemque ululatum, & non lætabile murmur
Ter gemini canis, aduerſo qui carceris antro
Excubat, inſomnis ſemper, rictuque triſauci
Horrendum, ſtimulante fame, ſub nocte profunda
Perſonat, & morſu uenientes appetit umbras.
Tum verò heroes lætati, animæque piorum
Ad cœlum erectas cœperunt tendere palmas:
Atque hic inſignis funda, Citharaque decorus
Inſignis ſceptro ſenior per opaca locorum
Dum graditur, nectitque ſacros diademate crines
Dum legit effætus letheo in gramine flores;

Qua tacitè labuntur aquæ, mutæque volucres
Ducunt per ſteriles æterna ſilentia ramos,
Attonita ſubitos concepit mente furores,
Diuinamq; animam, & conſueto numine plenus
Intorquens oculos, venientia fata recenſet.

MAgne ales, &c. Poſt diſceſſum Archangeli & eidem pręſtitum conſenſum: miro deſcribit ordine Poeta qualiter ſpiritu ſancto fœcunda virgo ſe prudenter habuerit, & dum ad cęlos redeuntem intueretur dulci eloquio (vt textus liquidat) locuta eſt. ad cuius conſtructionem veniamus. Ordo eſt. O ſupple Magne ales, ideſt archangele appoſitoriè decus, ideſt ornamentum celſi, ideſt alti ætheris, ideſt cœli, qui, ſcilicet tu penetras inuia rerũ, ideſt loca inacceſſibilia gradiris, que pro & linquis longè nubila, ideſt præteris nubila longo ſpatio, & ſupple es anteuolans, ideſt gradiẽdo etiam pręteris Euros, ideſt ventos, ſeu ſidera felicia, ideſt fulgentes ſtellas læto tractu, ideſt hilari ſeu felici regione, & ſigna quæ, ideſt Planetæ quæ redeuntem expectant per ſuos orbes, ideſt circulos, quaſi dicat tanquam ſpiritus beate & Archangelus nuſdum redis ad cœlos ſtellarum & planetarum, verumetiã ad Empyreum, vbi diuinæ maieſtati intereris. vt liquidant verba textus. Seu certa domus, ideſt ſedes, ſeu habitaculum alti Cryſtallini,

ideſt Cęli Cryſtallini repoſcit,& plaga,ideſt regio lucida regni vitrei ideſt lucidi & ſplēdētis ſeu tecta propiora,ideſt, viciniora ſupremo tonanti,ideſt altiſſimo Deo vocant te.Qua,ideſt ea parte qua Regio Olympi flammantis, ideſt cœli Empyrei patet in ſummum,ideſt extat in ſupremo & altiori loco,que pro & amor, ſcilicet diuinus, & aura flagrans, ideſt felicitas ſumma qua traheris, ſeu duceris continuè ad Deo ſeruiendum ardenter, alit, ideſt nutrit ignibus liquidis,ideſt feruentis igne Charitātis;quo te & cæteros ſpiritus Deus igniuit. 3. ideſt vade precor & tanquam ſupple teſtis defende noſtrum pro meum pudorem, ideſt caſtitatem, quaſi dicat: teſtare me ſpiritus ſancti virtute concepiſſe & ob id virginitatem ſeruaſſe nec plura his, ſcilicet iam dictis locuta fuit, ſcilicet virgo poſtquam (vt prælibatum eſt) virgo Gabriel: breuiter allocuta fuit,aperit Poeta quid animo verſabat vnde ſubdit. Tum verò ſupple virgo deflectit aciem, ſcilicet oculos haud mora, ſcilicet fuit, ideſt ſtatim animo percurrit, ideſt percurrendo verſat & voluit ſolicito lumine omnes montes, quaſi dicat adeò intentè conſiderabat montes quos tranſitura erat, itura ad Eliſabeth viſitationem (prout in comment.ſecundi huius dicemus) vt præ oculis eos habere videretur, que pro & animo ſupple viſitat agnatam Eli-

 ſabeth,

ſabeth, & verſat, ideſt conſiderat pignora concepta: ſcilicet concepiſſe anum grandæuam & ſterilem putans, multa circa anilem conceptionem, & miratur ſerum honorẽ vteri, quaſi dicat mirabatur Deum effeciſſe eam honore conceptionis ſeu prolis procreationis ſerò, ideſt tempore ſuę ſenectutis prouectæ. Quàm optimè Poeta dixit ſerum honorem: duplici verò ratione, vna ex quo erat ſterilis, altera quòd erat anus, ſummo, miroque honore Deus eam dignatus eſt. Nam ſteriles erant opprobrio & maledictæ, iubebanturque ab eo

Deutor. 7.cap. evitari & dimitti vt Deutor. 7. cap. Non erit „ apud te ſterilis vtriuſque ſexus tam in homi-

Exod. ca. 23. „ nibus quàm in gregibus tuis. Et Exodi 23. Nõ „ erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua. Ipſa namq; Eliſabet faſſa fuit opprobrium, quo ſte-

Luc. c. 1. riles efficiebantur dum inquit textus Luc. 1. Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor „ eius, & occultabat ſe menſibus quinque dicẽs „ quia ſic fecit mihi Dominus in diebus quibus „ reſpexit auferre opprobrium meum inter ho- „ mines &c. Dignum & optimũ erat: immò & „ laudabile dicimus. Mulieres ſteriles oppro- „ brio fuiſſe; Nam præcipuum, & maximum fœminarum munus eſt concipere & partus

L. quaeritur. meri. L. quæritur, §. ſi mulier. ff. de ædil. edit.

l. 2. C. de indi. vid. Natura ad hoc fœminas genuit, vt partus ederẽt. L. 2. C. de indict. viduit. Pudor eſt fœmi-

nis nuptiarum præmia non habere 32. q. 2. cap. Pudor. Interea &c. proſequitur Poeta famam vſque ad inferos vulgatam virginem videlicet concepiſſe, eademque Piorum animas mirum in modum lætatas, intellexiſſe præcipuè optatum diem aduentare, vnde ita textus aperitur. Ordo eſt. Interea fama, ſcilicet conceptionis dominicæ deſcendit ſub imos manes, ideſt, vſque ad ſanctorum patrum Lymbum & ad imos inferos, que pro & implet, ideſt turbat domos pallentes, ideſt obſcuras veris rumoribus aduentare, ideſt aduenire optatum, ideſt deſideratum diem, ſcilicet quo egredi debebant: quo, ſcilicet die linquant tartara triſtia ab effectu, ſcilicet triſtitiam afferentia & inducentia & fugiant, ideſt euadant Acheronta, ideſt loca illa ſine gaudio aliquo. Acheron dicitur, (vt Poetæ ſomniant) fluuius quidam infernalis euictis tenebris, ideſt expulſis tenebris, & ſupple fugiant vlulatum, ideſt latratum immanem, ideſt maximum, & murmur non lætabile, ideſt ſemper mœſtitiam inducens canis tergemini, ideſt Cerberi tricipitis inferni cuſtodis. Eſt enim Cerberus triceps canis, inferni cuſtos, vt ijdem etiam fabulantur Poetæ qui, ſcilicet cuſtos ſemper, ideſt continuè inſomnis, ideſt nunquam dormiens excubat, ideſt vigilat aduerſo antro carceris, ideſt parte ſiniſtra ingreſſus infernalis, que pro & per- 32. q. 2.

ſonat,ideſt alte latrans horrendum nomẽ pro aduerbio,ideſt horrẽdè ſame ſtimulante ideſt impellente & cogente rictu, ideſt hiatu triſau ci, ideſt triplicis gutturis,ſeu faucis ſub nocte profunda, ideſt in illa caligine denſa & continua,& morſu appetit,ideſt appetendo deſiderat vmbras,ideſt animas venientes, ſcilicet illuc aduentantes.Tùm verò heroes lætati,ſupple fuerunt, ſcilicet Patres ſancti & animę Piorum cœperunt tendere, ideſt erigere palmas erectas,ideſt manus extenſas & iunctas ad cœlum verſus.Atque hic,ideſt illo loco inſignis, ideſt excellens funda, ideſt corona que pro & decorus, ideſt cithara præditus inſignis dico ſenior ſceptro, ſcilicet Regio, ideſt Dauid Rex & Propheta dum graditur,ideſt deambulat per opaca locorum,ideſt loca ampla,& nectit, ideſt circundat ſacros crines diademate ideſt Regia corona dum legit flores effœtus ideſt iam emiſſos & maturos in gramine Letheo, ideſt in ripa Lethei fluminis:Poetica traditio eſt,tradunt nanque ipſi Poetę Lethe fluuium apud inferos eſſe,cuius latices ſi quis guſtauerit omnium præteritarum rerum obliuiſcitur.quæ verba hic adducta nil aliud ſibi volunt,quàm ipſum, ſcilicet Dauid, admirabili gaudio ductum omnium rerum, ſeu laborũ, obliuionem ſurrepiſſe & meritò incredibili lętitia exultauiſſe credendum eſt.Cùm adimpletum

pletum uiderit quicquid ipſe olim uaticinatus fuerit, adeo promiſſioni ſibi à Deo factæ crediderat ut 2. Regum cap. 7. legitur. Cumq; completi fuerint dies tui & dormieris cum patribus, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipſe ædificabit domum nomini meo & ſtabiliam Tronum regni eius vsq; in ſempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filiũ &c. Ea demũ fide motus Pſal. 131. audacter dixit propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem CHRISTI tui, iurauit Dominus Dauid veritatem & non fruſtrabitur eum de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam &c. Exod. 33. Ego oſtendam tibi omne bonum, & vocabo te nomine tuo & miſerebor cui voluero &c. Deutor. 18 Prophetam ſuſcitabo de medio fratrum tuorum ſimilem tui ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos quęcunq; dixero illi &c. Hierem. 31. Nouum creauit Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum &c. Item idem cap. 32. Germinare faciam Dauid germen iuſtum & faciet iuſtitiam & iudicium in terra, & ſalutibitur Iuda & Hieruſalem & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus . noſter. &c. Item Ezecch. 36. Cùm ſanctificatus fuero in vobis, effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus

Reg. 11. cap. 7. *Pſalm. 131.* *Exod. 33* *Deut. 18* *Hier. 31* *cap. 32*

Zacch. 2 nibus inquinamentis,&c. Zacch.2.Lauda, &
„ lætare filia Sion,quia Ecce ego venio,& habi-
„ tabo in medio tui,& applicabuntur gẽtes mul
„ tę ad dominum in die illa erunt mihi in popu
cap. 9 „ lum.Item cap.9.Ecce Rex tuus venit iuſtus &
Saluator,ipſe pauper ſedens ſuper Aſinam, &
„ ſuper Pullum, filium Aſinæ, &c. Et Malac.3.
Malach. 3. „ Ecce ego mitto Angelum meum qui prępara-
„ bit uiam ante faciem meam, & ſtatim veniet
„ ad templum ſanctum ſuum dominator quem
„ vos quæritis, & Angelus teſtamenti quem vul
„ tis,&c.Sed ad conſtructionem quà. i. ea parte
„ qua aquæ ſcilicet ipſius fluuij labuntur taci-
„ te: que pro & volucres mutæ, ideſt animæ ob-
„ litæ earum rerum, veluti illæ quæ prægusta-
„ uerint latices, ducunt æterna ſilentia, ideſt
„ nunquam locuntur per ſteriles ramos, ideſt
„ per obliuionem illam, quam hauſerant, nihil
„ ſibi pro futuram, comparat nanq; obliuionem
„ arbori ſterili, q.d.animas non ex illa obliuio-
„ ne quã imbibunt debere perpetuo lætari, ſeu
æternaliter puniri. Concepit, ſcilicet ipſe Da-
„ uid attonita mente furores ſubitos,i,Prophe-
ticos motus & animam diuinam, ideſt ſpiritũ
vaticinandi diuinũ,& plenus conſueto numi-
„ ne,ideſt illuſtratus & afflatus iterum eodẽ præ
„ dicendi furore, intorquens, ideſt circũ agens
„ oculos, recenſet, ideſt narrat fata venientia.i.
„ quę prędixerat aduentũ adeſſe vnde ſequitur.

Naſcere

NAſcere magne puer nr̃os, quẽ ſoluere nexus
Et tantos genitor uoluit perferre labores.
Magne puer. Cui ſe hec tandem ſpolianda reſeruãt
Regna, tot heu miſeris hominem di tata ruinis.
Naſcere: uenturum ſi te mortalibus olim
Pectore ueridico prommiſimus: igneus vt nos
Viribus afflatos. Cœleſtibus ardor agebat
Inſinuans: ſi ſacra peregimus, & tua latè
Iuſſa per immenſum fama vulgauimus orbem.
En ridet pax alma tibi: ſimul ecce potentes
Impulſi Cœlo, diuiſq; autoribus acti
Orbe alio properant Reges: ſaluete Beati
Aethiopes, hominum ſanctum genus, aſtra ſecuti.
Scilicet huc ueſtris affertis munera regnis.
Accipe dona Puer: Tuque ò ſanctiſsima Mater
Sume animos, iã te populiq; Ducesq; frequẽtant
Littore ab extremo & odoriferis Nabathæis.
Ille autem aurata fulgens in ueſte ſacerdos
Iam canus, iam maturo uenerabilis æuo
Quid ſibi uult? Sacras puerum qui ſiſtit ad aras
Sic uenerans? lætoq; inſpectans æthera uultu?
Seq; dehinc facili clauſurum lumina fato:
Exclamat: quod ſperatum per ſecula munus
Promiſsamq; diu pacem, certamq; ſalutem
Terrarum, exorta liceat ſibi luce tueri
Optanti, ſeniumq; ideo parcasq; trahenti.
Sed quid ego (heu) dira conſperſos cæde Penates
Infantum, & ſubito currentes ſanguine riuos
Aſpicio? triſtisq; meas uagitus ad aures

Fertur.

Fertur? io ſcelus eſt, partus iugulare recentes
Crudelis, quid agis? nihil hi meruere neq; illum
Quem petis inſano dabitur tibi perdere ferro:
Nunc nunc ò matres ſcelerata abſcedite terra:
Dum licet, inq; ſinu pueros abſcondite veſtros:
Nam ferus hoſtis adeſt, propera iam regia virgo
Inq; Paretonias transfer tua pignora terras,
Admonet hoc magnũ genitor, qui temperat orbem,
Tuta domus tutiq; illic tibi dia receſſus.
Verum ubi bis ſenas hyemes, bis ſenaq; nati
Solſtitia, & tantos ſuperaueris anxia caſus,
Ingentes, imo duces de pectore queſtus
Aureaq; aſſiduis pulſabis ſidera votis:
Nam puerũ, quamuis per compita ſæpe vocatum,
Sæpe expectatum conſuetæ ad gaudia menſæ
Perquires, ne quicquam amens nec chara petẽtem
Oſcula, nec ſera redeuntem nocte uidebis,
Tresq; illum totos mærenti pectore ſoles
Et totidem trepidans ſomni ſine munere noctes,
Omnia luſtrantes queſtu omnia confundentes
Flebitis indigno perculſi corda dolore:
Tuq; ſenexq; tuus. quarto ſed lucifer ortu
Purpureas tremulo cum tollet ab æquore vultus
Inuentum dabit, & querentibus offeret vltro.
O quas tunc lacrymas, ò quæ tunc oſcula mater,
Quos dabis amplexus, miſto inter gaudia fletu:
Cũm natũ ante aras patris, & delubra ſedentem,
Mulcentemq; ſenes dictis, animoſq; trahentem
Aſpicies gauiſa, ipſo ad mirante ſenatu,

Pri-

Primitia pueri ingenteis, nec inane ſagacis
Pectoris indicium, natæq; ad gaudia mentes.

NASCERE *magne puer, &c.* } Gaudens magnopere Propheta aduentu, quem prænunciauerat Dominico ita per Apoſtrophen ſua cithara eum canendo alloquitur. Ordo eſt. O magne puer, ſcilicet Chriſte Saluator quē, ſcilicet te genitor, ideſt Pater æternus Deus voluit perferre, ideſt pati tantos labores, ideſt te ipſum exinanire formam ſerui accipiendo, vt Paul. ad Philip. 2. Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens uſq; ad mortem mortem autem crucis, &c. & Idem ad Hebræos. 2. Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus ipſum propter paſsionem mortis gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem, &c. Optimè inquit Poeta nomine Prophetæ, quem tantos Deus uoluit perferre labores. Patet enim ex auctoritate Apoſtoli Deum miſiſſe filium ad ferendas noſtras pœnalitates, eumq; ideo minoraſſe minus Angelis, vt minuiſti eum paulò

Paul. ad Phil. 2.

Paulus Heb. 2.

David Pſal. 8. lò minus ab Angelis,&c. Pſal.8. Sequitur textus, & ſoluere noſtros nexus, ideſt liberare nos à poteſtate Diaboli; ò magne puer cui,ſcilicet tibi pro à te tandem hæc regna, ſcilicet infera reſeruant pro reſeruantur ſpolianda hîc pro nomen tibi octauum nuncupant caſum Grammatici. Spolianda,ideſt,vt ſpolientur,& priuentur poſſeſſione noſtri,regna ſupple heu interiectio dolentis eſt. ditata, ideſt opulenta,& plena tot miſeris ruinis hominũ, ideſt ruinis ſeu doloribus, laboribus, & miſeriis hominum, naſcere, ideſt naſcendo ueni ad nos liberandos, ſi pro quia olim promiſimus,ideſt ego,& alij Prophete prommiſerunt vt dictum eſt Pſal. 131. mortalibus, ideſt hominibus te venturum pectore veridico, ideſt

Geneſ. c.49. ſpiritũ prophetico. Iacob,Geneſ.49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore
» eius donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe
» erit expectatio gentium,&c. Et Pſal.129. De-
David. pſa.129 profundis clamaui ad te Domine Domine exaudi vocem meam, &c. Vbi ipſe Propheta
» Dauid exclamat per totum Pſalmum ſibi fa-
Ezech. 47. » ctam prommiſſionem obſeruari. Et Ezec.34.
» Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui pa
» ſcet eas,&c. Paruulus enim datus eſt nobis, &
Iſa.c.9 filius natus eſt nobis. Iſa. 9. Ecce dies ueniunt
» dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germem
» iuſtum,& regnabit Rex, & ſapiens erit, & fa-

ciet

ciet iudicium, & iuſtitiam in terra,&c. Hie- *Hierem.*
rem.c.23. Ecce venient dies dicit dominus,& *c. 23.*
ſuſcitabo verbum bonum quod locutus ſum
ad domum Iſrael & ad domum Iuda, &c. Idē
cap.33. Et idem Dauid Pſalm.88. Diſpoſui te- *Dauid.*
ſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo *pſal.88.*
meo, vſque in æternum preparabo ſemen, tuū
in æternum ſeruabo illi miſericordiam meam
& teſtamentum meum fidele ipſi, neque pro-
phanabo teſtamentum meum, & quæ proce-
dunt de labijs meis non faciam irrita, & c.vt,
ideſt quemadmodum igneus ardor ideſt ſpi-
ritus ſanctus, ideſt ardens tanquàm ignis cor-
dā Prophetarum igniens agebat, ideſt duce-
bat, ſeu mouebat nos afflatos me & cæteros;
ideſt cœleſtibus viribus, ideſt gratia, ſeu virtu
tibus & viribus cœleſtibus inſinuans, ideſt in
me & reliquos ſe immittebat: ſi, ideſt quia
peregimus ideſt perfecimus ſacra, ideſt pro-
phetando cecinimus ſacram natiuitatem tuā,
ſeu aduentum primum in carne, & latè vulga-
uimus ideſt prodidimus fama per immenſum
orbem tua iuſſa, ideſt precepta, En.1. Ecce, pax
alma, ideſt ventura ob tuum aduentum ridet
tibi, quaſi dicat te nato. Qui & pax & finis &
Prophetarum, & regnabit pax in terris adeò
vt omnes lætentur vt ſupra expoſuimus addu
centes Euangel. illud, & in terra pax homini-
bus bonæ voluntatis &c. Simul, ideſt vnà ecce

Reges

Reges potentes, ideſt Magi ab oriente, prædi-
Pſal. „ cit hîc Magorum adorationē, vt Reges Thar-
„ ſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum
„ & Saba dona adducent, vt eodem pſalmo. Ita
Matthæ. etiam Matthæus 2. videlicet cùm natus eſſet
c.2. „ Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis
„ Regis, Ecce Magi ab oriente venerunt Hiero-
„ ſolimam dicentes, vbi eſt qui natus eſt Rex
„ Iudæorum ? vidimus enim ſtellam eius in
„ oriente, & venimus cum muneribus adorare
„ eum, &c. Et idem Iuuencus libro eodē primo.
„ Gens eſt vlterior ſurgenti proxima ſoli
„ Aſtrorum ſolers, ortuſque, obituſq; notare,
„ Huius Primores nomen tenuere Magorum:
„ Hinc læti proceres, Solymas perlonga viarum
„ Deueniunt, Regemq; adeunt, orantq; doceri
„ Quæ regio imperio puerum Iudæa teneret
„ Progenitum, ſeſe ſtellæ fulgentis ab ortu
„ Admonitos veniſſe viam; quo ſupplice dextra
„ Exortum terris, venerabile numen adorent.
„ Territus Herodes, vatum, legumq; peritos,
„ Quiq; Prophetarum veterū præſagia noſcunt,
„ Imperio accitos, iubet omnia quærere legis
„ Quo pateat, quę ſint genitalia mœnia Chriſto
„ Omnia venturū ſpondent, quē oracula vatum
„ Tunc manifeſtat Bethleē, quòd mœnibus illū
„ Progigni maneat, cui ſacram ducere plebem
„ Iſraelitarum ſancta virtute neceſſe eſt.
„ Tunc iubet Herodes Perſas pertēdere greſſū

Inuen-

Inuentumq́;ſibi Puerum monſtrare colẽdum: „
Ecce viæ medio ſtellam præcurrere cernunt: „
Sulcantẽ flãmis auras,quę in culmine ſummo „
Reſtitit,& pueri luſtrata hitacula monſtrat „
Gaudia magna Magi gaudent, ſidusq́; ſalutãt „
At poſtquàm puerũ videre ſub vbere matris „
Deiecti prono texerunt corpore terram „
Submiſſiq́; ſimul,mox myſtica munera ꝓmũt „
Thus,aurũ, myrrhè, Regiq́; hominiq́; Deoq́; „
Dona ferunt, totã mox horrida ſomnia noctẽ „
Sollicitant,ſęuumq́; iubent vitare Tyrannum „
Denique diuerſis herodis callibus aulam „
Diffugiunt, patriamq́; Magi rediere latenter. „
Et Sedulius quoque ſuo eodem Mirab. Diui- „
no libro primo : ita elegantiſſimè & lepidè „
inquit, „
Talia Bethleis dum ſigna geruntur in oris „
Eoi venere Magi,ſæuumq́; Tyrannum „
Grandia ſollicitis perturbant nuncia dictis „
Iudaicis nuper populis orientis ab axe „
Progenitum fulſiſſe Ducem, hoc cœlitus aſtra „
Hoc ſtellam radiare nouam,ferus arbiter aulę „
Æſtuat hebrææ rarus hunc ſuccedere poſſe. „
Mox ſibimet qui primus erat.tũc frõte ſerena „
Nubila mentis alens clã mandat vbiq́; requiri „
Sicut adorandũ,quẽ tractat fraude necãdum. „
Quid furis Herodes? Chriſtũ ſermone fateris „
Et ſenſu iugulare cupis? legemq́; legendo „
Negligis? & Regi Regum tua regna minaris? „

„ Ne tàmen inſano careant tua numina facto,
„ Patrãdũ ſub honore crucis, ſed crimine gẽtis
„ Herodes alius quod tu molire videbit.
„ Ergo alacres ſummo ſeruantes lumina cœlo
„ Fixa Magi, ſidusq; micans, regale ſecuti
„ Optatam tenuere viam, quæ lege futura
„ Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes,
„ Theſaurisq; ſimul pro religione ſolutis.
„ Ipſę etiam, vt poſſet ſpecies oſtendere Chriſtũ
„ Aurea naſcenti fugerunt munera Regi (chro
„ Thura dedere Deo, Myrrham tribuerę ſepul-
„ Cur tria dona tamẽ? qm̃ ſpes maxima vitę eſt
„ Hunc numerum cõfeſſa fides, & tpa ſummus
„ Cernens cũcta Deus, præſentia, priſca, futura.
„ Semper adeſt, ſempq; fuit, ſemperq; manebit
„ In triplici virtute ſui tunc cœlitus illi
„ Per ſomnũ moniti, contemnere iuſſa Tyranni
„ Per loca mutati gradientes deuia callis
„ In Patriam rediere ſuam, &c.

Sed ad ordinem impulſi & moti Cœlo ideſt ductu ſtellæ in Cœlo in oriente apparẽtis, que pro & acti autoribus diuis, ideſt vaticinio Prophetarum properant, ideſt aduentant ſoliciti alio orbe, ideſt diuerſis orbis partibus ſeu regionibus. ſaluete ſalutat eoſdem per Apoſtrophen: Saluete beati Æthiopes denominauit omnes ab illo vno Æthiope: Cùm non omnes fuerint Æthiopes, appoſitoriè genus ſanctum hominum: ſecuti, ideſt qui ſequimini aſtra, ideſt

ideſt ſtellam, ſcilicet affertis veſtris regnis, ideſt è veſtris, ideſt portatis, ſeu feretis munera, ideſt dona huc pro illuc vbi Chriſtus naſcetur facit optimam Apoſtrophen Propheta ad Saluatorem, & ad virginem dicens. ò Puer accipe dona que pro & ò tu ſanctiſſima Mater ſume, ideſt accipe animos, i. inſpecta iſtorũ animos & non dona, quo, ſcilicet offeruntur ab eis, & iſtuc acceſſerunt diſcedentes à longinquis orbis regionibus, laboribus minimè parcentes, iam populi, & Duces frequentant te, ideſt frequenter adueniunt ab extremo littote, & odoriferis Nabathæis. Nabathęa regio eſt ab Arabia incipiens protenditurq; vſque ad mare rubrum, & cæteros fines, &c. Præuidens quoque hîc Propheta in ſpiritu Chriſti præſentationẽ à Simeone in templo. Cautum enim erat Domini lege, vt Leuit. 12. debere præſentationẽ fieri dum dicitur. Cumq; expleti fuerint dies purificationis ſuæ pro filio, ſiue pro filia deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato ad hoſtium tabernaculi teſtimonij, & tradet Sacerdoti qui offeret illa corã Domino, & orabit pro ea, & ſic mundabitur à pro fluuio ſanguinis ſui. iſta lex eſt parientis maſculum, aut fœminam quòd ſi non inuenerit manus eius nec poterit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnũ in ho-

Leuitic. cap. 12.

 locau-

„ locauſtum,& alterum pro peccato, orabitque
„ pro ea Sacerdos,& ſic mundabitur) Proſequi
tur ad præſentationem alludens. dicens, autem illc Sacerdos iam canus, ideſt ſenex venerabilis, ideſt venerandus, ſeu dignus venerari, æuo maturo, ideſt ſenectute, fulgẽs, ideſt ſplendens in aurata veſte quid ſibi vult? ideſt quid ſignificat? qui, ſcilicet ſenex ſiſtit puerũ ad ſacras aras, ideſt pręſentando eum imponit ſacro altari, ſic venerans, ideſt ita veneranter, ſeu reuerenter adorans, que pro & læto vultu inſpectans, ideſt ſurſum aſpiciens æthera, & dehinc exclamat ſe clauſurum lumina facili fato: quaſi dicat exclamando optat mori. Poſtquàm promiſſionem ſibi à ſpiritu ſancto factam perfici,& obſeruari videt. Saluatori in
Luc.cap. 2. ſuis vlnis retento. hoc enim probat. Luc.c.2. vbi ait,& reſponſum acceperat à Spiritu ſan-
„ cto non viſurum ſe mortem, niſi prius videret
„ Chriſtum Domini, &c. vnde exclamando di-
„ xit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſe-
„ cundum verbum tuum in pace,&c. Et idem
Sedul. toties allegatus Poeta Sedulius hoc modo inquit,

„ Scripſerat antiquæ Moſes moderamina legis
„ Inter que, primos priſco de ſanguine vatum
„ Obſeruare dedit, fœtus offerre ſacrandos
„ Implumesq; ſimul ferre ad delubra columbas:
„ Hæc vbi per Mariam templo ſeruata feruntur

Ecce

Ecce ſenex Simeō, dignus cōprehēdere ſenſu
Cœleſtes voces, cui quondam præſcia rerum
Virtus prodiderat quòd carcere corporis ęgri
Depoſito,mortem liber,requiemq́; videret:
Cùm primum Cœli laudem terręq́; ſalutem
Omnia quem vatū ſpondent oracula Chriſtū
Vidiſſet,templo ſollennes ferre palumbos.
Iſq́; vbi,curuato defeſſus corpore templum
Iā grauior penetrat, mōuit quod ſpūs author;
Ecce ſimul paruum gremio Generricis Ieſum
Ad templum ſenſit veniſſe, trementibus vlnis
Accepit Puerum,lætusq́; hęc dicta profatur.
Nunc nunc me famulū Dn̄s nūc liberet atris
Corporis è vinclis,finemq́; imponere verbis
Dignetur cum pace ſuis. en ſplendida noſtros
Lux oculos tua circunſtat, radijsq́; refulget
Quam cunctis hoīum luſtratis mentib. addet
Iſrelitarum cumulatæ gloria plebis.
Hinc ait, &c.

Quod etiam Poeta eleganter in ſequentibus deſcribit dicens:quòd liceat ſibi optanti,ideſt qui optabat exorta luce,ideſt Chriſto iam nato tueri munus ſperatum,ſcilicet ipſum Saluatorem, quem optauerant Prophetæ, & ſancti patres, que pro & pacem promiſſam, ideſt ab ipſis Prophetis diu ideſt olim, & certam ſalutem terrarum,& Parcas ò, ſcilicet Puer Chriſte ideò trahenti ſenium,ideſt mihi ſeni, ideſt dimitte me nunc in pace; poſtquàm te veluti

optaueram,& mihi promiſſum fuerat in vlnis habui. Sed quid ego &c. præuidit hîc Poeta
Matthæ. cap.2. infantium cædem, vt ſcribit Matthæus 2. dicens, Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge & accipe puerum,& matrem eius, & fuge in Ægyptum,& eſto ibi vſque dum dicam tibi: futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdẽdum eum qui conſurgens accepit puerum & matrem eius, nocte,& ſeceſſit in Ægyptum, & erat ibi vſque ad obitum Herodis, vt adimpleretur, quod dictum eſt à Domino, per Prophetam:
Oſeæ ca. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum. Oſeæ c.11. Tunc Herodes videns quod illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem à bimatu,& infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis, tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hierem. dicentẽ, Vox in Rama audite eſt ploratus, & vlulatus multus Rachel plorans filios ſuos,& noluit conſolari: quia nõ ſunt, &c. c. 31.

Et idem Poeta Iuuencus eodem prim. lib.

„ Ipſum etiã puerum monitis cæleſtibus actus
„ Ægyptum cũ matre ſimul errãs portat Ioſeph
„ At ferus H. rode ſibi met ſuccedere credit
„ Quem callens aſtris quęſiſſet cura Magorum,
„ Quorum præcauto diſceſſu ſolicitatus.
„ Crudeli tinxit Bethlemica compita cæde,
„ Infantes mandans, teneramq; ſub ubere plebẽ

inno-

Innocuā,in ſinib. rigido ſuccūbere ferro. &c. „
Et exclamans ſequitur textus, Ideo & execrans impiū Herodem magno & intimo cordis dolore dicit. Sed ego quid, ideſt cur aſpicio, ideſt cerno heu dolentis eſt penates, ideſt domos conſperſos pro conſperſas, & maculatas cæde dira, ideſt impiè facta infantum & riuos currentes ſubito ſanguine, ideſt ſanguinis copiam ſubito currentem tanquàm à flumine? que pro & triſtis uagitus fertur, i. peruenit ad meas aures. Io, dolentis eſt, ò ſupple crudelis Herodes quid agis? Scelus eſt ſupple maximum iugulare, ideſt interficere partus recentes, ideſt infantes nihil hi, ſcilicet innocentes meruēre, pro meruerunt ſcilicet mori neq; dabitur, ideſt concedetur ſeu permittetur tibi perdere,ideſt occidere illum ſcilicet quem petis,ideſt Chriſtum inſano ferro, ideſt ferro à tuis ſatellitibus inſanè trucidantibus. nunc nunc ò matres &c. Apoſtrophat ad matres infantium hortando eas ab oppido diſcedere: vnde inquit ò Matres nunc nunc, ideſt ſtatim abſcedite, ideſt faceſſite è ſupple terra ſceleratā,ideſt à terra in qua ſcelera iſta patrantur,admonentur mulieres veluti Æneas in ſomnis in Troyę incendio ab Hectore & à Polydoro Dum dixit Heu fuge Nate Deateq; his eripe flāmis: Hoſtis habet muros ruit alto à culmine Troya. Æneid.2. Heu Aen. 2.

Virg. ſuge crudeles terras fuge littus auarum nam
Aene. 3. Polydorus ego &c. Æneid. 3. ſequitur textus dum licet, ideſt dum tempus eſt vobis & poteſtas, que pro & abſcondite, ideſt occultate veſtros pueros in ſinu. Nam ferus hoſtis, ideſt Herodes adeſt Apoſtrophe ad Virginem ò regia virgo propera, ideſt feſtinanter vadè que pro & transfer, ideſt duc tecum tua pignora, ideſt puerum Ieſum in terras Paretonias. i. in Ægyptum hoc admonet, ideſt hortatur, & iubet Genitor, ideſt Pater æternus medio Angelo ab eo miſſo Ioſeph. ve Euangelij uerba dictant qui temperat, ideſt regit orbem magnum, ideſt vniuerſum, illic. i. ibi in Ægypito tuta domus, ſcilicet erit tibi ſedes, que pro & ò Dia receſſus illic erunt ſupple tuti, verum vbi, ideſt poſtquàm tu ænixa, ideſt ſolicita cura qua angeris erga filium ſuperaueris, ideſt euitaueris tantos caſus, ideſt Herodis perſecutionem, & ſupple uideris bis ſenas hyemes & bis ſena ſolſtitia Nati, q. d. Puer agens ætatis annum XII. Sed aduertendum eſt hîc Poetam non potuiſſe clarioribus, & magis propriis verbis ætatem Chriſti annorum XII. exprimere: nam dixit bis ſena ſolſtitia pro illorum numero annorum, & ita accipienda ſunt, & exponenda vt ſenſui, & veritati conſonent. Solſtitium dicitur ſolis ſtatio cum ſol vltra non progreditur ſed retrocedere incipit,

cipit, ſingulis quippe annis duo ſolſtitia ſunt; unum ęſtiuum,& alterum hyemale,ſolſtitium hybernum facit 8. Calend. Ianuarij die quo Sol altiores incipit circulos petere. Solſtitium æſtiuum facit 8.Calend.Iulij die quo remeare Sol ad inferiores circulos incipit,vt ideò ſignificaret & patefaceret, & XII. annorum ætatem parum curauit ſignificatam ſolſtitij quod quidem non ignoraſſe fatendum eſt. & ita nos intrepidè fatemur: ſed ad conſtructionem Duces, ideſt emittes de imò pectore,ideſt de profundo cordis in gentes queſtus,ideſt quærelas & uoces que pro & pulſabis ſidera votis aſſiduis, ideſt aſſiduè uoues Nam nec videbis puerum,ideſt Ieſum,quàm uis ſæpe vocatum, ſcilicet à te per compita, ideſt per loca quæ tendunt homines per diuerſas vias, ſæpe expectatum ne quicquam, ideſt fruſtra amens, ſcilicet tu tãquàm amens, ideſt turbata & timore exterrita perquires, ideſt multum quæres ad gaudia menſæ conſuetæ,nec petentem chara oſcula nec tandem ſupple redeuntem ſera nocte,que pro & Tu, ſcilicet virgo & tuus Senex, ſcilicet Ioſeph ſponſus perculſi corde, ideſt habentes corda perculſa indigno dolore, ideſt non dignè paſſo luſtrantes,ideſt quærentes omnia,ideſt multa loca confundentes, ideſt turbantes omnia queſtu,ideſt querelis merenti pectore, ideſt

corde flebitis illum, tres totos ſoles, ideſt tribus diebus continuis & totidem noctes, ideſt tribus noctibus ſine munere ſomni. Eadem licentia hic uerſus habet ſpondeum in quinta ſede. Sed Cùm lucifer, i deſt ſtella Veneris quę ante graditur ſolem ortu quarto, ideſt illuceſcente poſt triduum tollet, ideſt eriget vultus purpureos ab æquore tremulo, ideſt inquieto & continuè ſeſe mouenti q. d. ueluti ſingulis diebus oriens ſeſe offert noſtro hemiſphærio, dabit inuentum & vltro offeret quærentibus,
» ſcilicet uobis: & idem Euangeliſta eodem ſe-
» cũdo capite. Cùm factus eſſet Ieſus annorum
» XII. aſcendentibus illis in Hieroſolymam ſe
» cundum conſuetudiaem diei feſti, conſuma-
» tisq; diebus Cùm redirent remanſit puer Ie-
» ſus in Hieruſalem; & non cognouerunt paren
» tes eius, exiſtimabant autem illum eſſe in co-
» mitatu, venerunt iter diei & requirebant eum
» inter cognatos & notos & non inuenientes eũ
» regreſſi ſunt in Hieruſalem, requirentes eum,
» & factum eſt poſt triduum inuenerunt illum
» in templo ſedentem in medio doctorum au-
» dientem illos & interrogantem eos, &c. Et

Sedul. lib. 1. Sedulius idẽ quem adduximus libr. primi ita more ſuo lepido, & eleganti carmine inquit.

» Aſt ubi bis ſenos ætatis contigit annos
» Hoc ſpatium de carne trahens, æuiq; meatus
» Humana pro parte tulit, ſenioribus eſſe

Corde

Corde videbatur ſenior legiſq; magiſter „

Et Iuuencus quoque eodem libro ita ait.

Vt iam bis ſenos æui comprenderat annos „
Cùm Paſchæ ritũ,ſeruando ex more parentes „
Ad templum læti puerum perducere feſtis „
Omnibus annorum vicibus de more ſolebãt „
Ergo aderant paſchæ pariter,cunctiſq; diebus „
Feſtorum impletis patriam remeare parabant „
Tum pueri in populo comitis veſtigia matris „
Deſeruit templiq; libens ſecreta petiuit. „
Illum per uicos vrbis, perq; abdita tecta „
Perq; uias ſtratas p notos, perq; proquinquos „
Quærebat genitrix,ſed lux ubi tertia uenit; „
Ad tẽplum properè remeat, vatumq; Choreis „
Inuenit inſertum legumq; obſcura ſenili „
Tractantem cætu, vix admiratio digna „

De pueri verbi uerbis ſenib.fuit &c. O'Mater quas lacrymas.ideſt multas tunc dabis ò quæ oſcula,ſcilicet multa ſupple dabis & quos amplexus etiam, ſcilicet multos inter gaudia miſto fletu,q.d.inuento puero præ gaudio oſculans,& eum amplectens flebis cùm ante aras patris, ideſt ante altaria,& delubra,ideſt templa gauiſa, ſcilicet tu gaudens aſpicies trahentem, ſcilicet illum Puerum Ieſum animos, & mulcentem,ideſt mitigantem ſenes,ideſt Doctores dictis, ideſt verbis efficacibus ipſo ſenatu, ideſt toto conuentu Doctorum, & primorum admirante,ſcilicet eius doctrinam, &

in-

ingentes primitias Pueri, ideſt efficaciam doctrinæ ipſius immenſam in ætate puerili, & ſupple admirante indicium non inane pectoris, q.d. adeò ſagaciter, & doctè in tenera illa ætate ibi diſputando ſe habebit, vt indicium efficax, & infallibile doctrinæ ſuæ polliceatur, & mentis etiam natæ, ideſt ingenij ad grandia, ideſt profecturum eſſe ad ſummar ſcientias.

TV *verò quid in arma ruis ſcelerata iuuẽtus?*
Quid galeas, enſesq; virũ, & fulgẽtia cerno
Agmina? ſcutatasq; procul ſub nocte cohortes
Obſcura & crebris radiantes ignibus haſtas?
Tot ne vnũ telis petitur caput? heu furor, heu mẽs
Cæca hominũ, ſemperq; odijs accincta nefandis.
Iamq; oleas, montemq; ſacrum, circumq; ſupraq;
Cinxere, & longa lucum obſidere corona.
Quò furor? ecce trahũt manib. poſt terga reuinctis
Inſontem: modò quem latas mira illa per vrbes
Edentem, patrisq; palam præcepta docentem
Attoniti ſtipare illum, regemque, Deumq;
Humanæq; Ducem uitæ, fontemq; ſalutis
Haud veriti populo circùm plaudente fateri.
Heu facinus mortem, ne etiam et crudele minãtur
Supplicium? ſæuos ſtringunt in vulnera faſces
Horrentesq; parant paliuro intexere dumos,
Tormenti genus: & capiti premere inde coronam
Vulnificam: viden alter nos ut arundinis ictus

In-

Incutiunt? geminantq; truci conuicia lingua?
Parte alia ingentes uidet de ſtirpibus imis
Euerti palmas, altas ad ſidera palmas.
Infelix opus, unde hominum lux illa decorq;
Pendeat, ab trepidis dirum, & miſerabile terris
Cùm patri æthereo moriens liuentia pandet
Brachia, turpatosq; atra de morte capillos
Oraq; demiſſosq; oculos, frontemq; cruore
Iam madidam, & lato patefactum pectus hiatu.

TV *verò quid, &c.* ȝ Præuidens in ſpiritu Propheta Chriſti capturam, & impiam Iudæorum cohortem ad eum capiendum paratam, lamentatur: ordo eſt Tu verò ò iuuetus ſcelerata. i. Iudæorum cohors ſcelerata quid, ideſt cur ruis in arma? ideſt cur paras arma, quid, ideſt cur cerno agmina, ideſt turmas fulgentia, ſcilicet armis fulgentibus, que pro, & galeas, & enſes, virûm pro virorum, Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum lanternis, & facibus, & armis, &c. vt Io. 18. Adhuc eo loquente, Ecce Iudas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fuſtibus miſſi à Principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi, &c. Matth. 26. que pro, & ſupple cerno ſub nocte obſcura procul, ideſt tractu temporis longo cohortes, ideſt copias miniſtrorum ſcutatas, ideſt ſcutis, armatas, & haſtas

Ioan. cap. 18.

Matth. 26.

ſtas radiantes, ideſt ſplendentes crebris ignibus, ideſt ob lucem facularum, & lanternarũ, ne pro ergo, vt alibi expoſuimus, rationalis, ſeu illatiua tot telis, ideſt armis petitur, ideſt inquiritur ad petendum vnum caput? ideſt vnicus homo inermis? heu furor exclamat Propheta dicens, heu dolentis eſt, furor, heu mens hominum cæca, & bene cęca dicitur Iudæorum mens in Creatorem irruens, que pro & ſemper accincta ideſt commota, & agitata odijs nefandis, ideſt odijs de quibus non debet dari ſermo; cùm in Saluatorem tendant. Deſcribitur hîc locus, ſcilicet Mons oliuarũ; vbi ligauerunt Chriſtum, vt ſcribit Luc.c.22.

Luc. cap. 22.

Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum, &c. vbi poſtquam orauerat venit ad diſcipulos, & inueniens dormientes dixit, Quid dormitis? ſurgite orate, ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquẽte, Ecce turba, & qui vocabatur Iudas vnus de duodecim, &c. Oſculatus autem Ieſus à proditore qui ſignum oſculi dederat Põtificibus, & Miniſtris ligatus ab eis dixit. Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus, cùm quotidiè vobiſcum fuerim in templo, & non extendiſtis manus in me, &c. Tanquàm ad latronem exiſtis cùm gladijs, & lignis comprehendere me? Marcus ca.14. Sequitur conſtructio, que pro & ſupple cerno miniſtros cingere, ideſt

Marcus cap. 14.

circuire

circuire oleas, ideſt mõtem oliuarum ſacrum circum, & ſupra, ideſt vndiq; & obſidere, ideſt circumſedendo circundare lucum, ideſt Syluam in eo. quò feror? ideſt neſcio quo feror cum exclamatione legendum eſt. Ecce trahunt ſcilicet impij Iudæorum Miniſtri inſontem manibus reuinctis poſt terga, ideſt Chriſtum agnum immaculatum, & innocentiſſimum trahunt violenter habẽtem, ſcilicet manus reuinctas poſt terga quem, ſcilicet Chriſtum modo edentem, i. diuulgantem, que pro & palã docentem illa mira pręcepta patris per latas vrbes attoniti, ſcilicet illi ſtupuere pro ſtupuerunt ſupple ob illum Regem, que pro & Deum humanæ vitæ Ducem & fontem ſalutis, heu interiectio dolentis eſt, haud, ideſt non veriti ſupple fuerunt fateri facinus, ideſt patrare ſeu committere ſceleſtiſſimum, & infandum facinus: populo circumplaudente, ideſt aſſentiente ne, ideſt vtrum interrogantis eſt etiam minantur ſupplicium crudele? & ſtringunt ſæuos faſces in vulnera, ideſt parant annectendo loras, ſeu flagella quibus eum cedant, & verberent, & parant, ideſt accingũtur intexere dumos, ideſt ſpinas horrentes paliuro, ideſt ſpinoſo carduo appoſitoriè genus tormenti & premere inde coronam vulnificam capiti videri, ideſt ecce: ſeu, en vides, vt, ideſt quemadmodũ incutiunt ictus, alternos arundinis

dinis,ideſt percutiunt alternatim caput venerandum, & ſanctiſſimum arundinis ictibus.
„ Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſu
Matth. cap. 27. per caput eius Matth. cap. 27. Et paulò poſt expuentes in eum acceperunt arundinem, &
„ percutiebant caput eius,&c. Et milites plectẽtes coronam de ſpinis impoſuerũt capiti eius
Io. c. 19. Ioan.cap.19. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem,& induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam, & cœperunt ſalutare eum. Aue Rex Iudęorum,& percutiebant caput eius arundine, &c. Marc. 15. que
Marcus 15. pro & geminant conuicia lingua truci,ideſt& inferentes iniurias, alia parte video de ſtirpibus imis,ideſt radicitus euerti, ideſt euelli palmas, palmas inquam, ſcilicet altas ad ſidera infelix opus ſupple opus infelix. Alludit ad Crucem cui affixus fuit Saluator. Notandum eſt quòd quadruplex cauſa fuit, quare Chriſtus Crucis mortẽ elegit. Primò, vt in illa pendens in aere, ſe inter Deum, & hominem mediatorem oſtenderet, & ſic notatur prim. ad
Paulus ad Thimot. 2. x. diſtinc. Thimot. 2. & x. diſtinct. cap. quoniam. Secundò, vt damna quæ obuenerant per lignum primis parentibus vetitum, per lignum Crucis reſtaurares. Tertiò, vt Diabolum, qui per lignũ vincebat, per lignũ ſuperaret, & hæc duo exprimit Gregorius in Præfatione. Quartò, vt

euiden-

euidenter oſtenderet pro quibus reſtaurandis patiebatur, ſcilicet pro ſuperis Angelorum ruinis replendis, pro iuſtis de limbo educendis, pro amicis colligendis, & adiuuandis pro inimicis reconciliandis; Primum deſignatur per brachium ſuperius, ſecundum per inferius, tertium per dextrum, quartum per ſiniſtrum fertur etiam Crux. quatuor genera lignorum habuiſſe, Cedrum in ſtipite, Palmam in palo, per longum, Cupreſſum in ligno ex tranſuerſo, Oliuam, in tabula ſuper Crucem loco quarti brachij & datur verſus. Ligna crucis palma, cedrus cupreſſus oliua. hæc gloſſa clement. de ſumma Trinit. & fide cathol. cap. 1. vnde ſubdunt textus verba, ideſt in qua cruce pendeat decor, ideſt decus pulcherrimum hominum & lux, ideſt ipſe Chriſtus. & hac de cauſa congruè eccleſia in hymno Dominicæ paſſionis ad veſperas cantat. Arbor decora & fulgida ornata regis purpura, electa digno ſtipite tam ſancta membra tangere, Beata cuius brachiis ſecli pependit pretium, ſtatera facta corporis prædamque tulit tartari &c. vbi notandum quòd vocat arborem Crucis decoram & beatam, ex eo quia in ea pependit decor Chriſtus; & nota quòd decor optimè dicitur quo ad Chriſtum, quoniam ſpecioſus forma præ filijs hominum, vt Pſal. 44. Lux etiam congruè dicitur quoniam ipſemet fatetur. Ego ſum lux

De ſumma Trinit. & fide Cath. cap. 1. clement. gloſ.

Eccle.

Pſal. 44

Io. 8. & 1. & 3. cap. mundi, vt Ioan. 8. & idem primo erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum &c. & iterum tertio capite " inquit Lux venit in mundum &c. Pependit denique Saluator in ligno crucis, cùm conſtituerit Deus vitā generis humani in illo quē-

Eccleſia admodum eccleſia ſancta in Præfatione à Diuo Gregorio compilata, quā in miſſa ſeu feſtiuitate eiuſdē canit videlicet qui ſalutē humani generis in ligno crucis conſtituiſti, vt vnde Mors oriebatur inde vita reſurgeret, & qui in ligno vincebat per lignum quoque vinceretur &c. vti gloſſa. quam adduximus refert & Sedulius libro quarto inquit,

" Protinus in patuli ſuſpenſus culmine ligni
" Relligione pia mutans diſcriminis iram
" Pax crucis ipſe fuit, violentaq; robore mēbris
" Illuſtrans proprijs pœnam veſtiuit honore
" Suppliciumq; dedit, ſignum magis eſſe ſalutis
" Ipſaq; ſanctificans in ſe tormenta beauit.
" Ne ve quis ignoret, ſpeciē crucis eſſe colendā
" Quæ dominū portauit ouans rōne potēti &c.

O felix culpa: itaque continuè pſallendo vnà cum eadem eccleſia exclamare debemus cùm talem & tantum habere meruerit redemptorem ſed ad propoſitum. Ah interiectio eſt. dirum ſupple ſpectaculum & miſerabile terris trepidis, ideſt trepidantibus Chriſto in cruce pendente & expirante denique cum tot, talia-

que,

que, tantaque ſigna, timorem, & tremorē mũdo afferentia: quæ teſtatus enim fuit Centurio, vt Matth. 27. inquiens Centurio autem & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum viſo terremotu, & his quę fiebant timuerunt valde dicentes: verè filius Dei erat. & idem paulò ante & ecce velum templi ſciſſum eſt à ſummo vſque ad deorſum, (hoc templum fecit Salomõ & legitur 2. Paralip. 3. fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byſſo & intexuit ei cherubin &c.) Et terra mota eſt. & petræ ſciſſæ ſunt & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt & velum templi ſciſſum eſt in duo à ſummo vſque ad deorſum &c. Erat autem ferè hora ſexta & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſque in horam nonam, obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt mediũ, & clamans voce magna Ieſus ait. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. hæc dicens expirauit, videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum dicens; verè hic homo iuſtus erat. Luc. 23. quam quidem commendationem animæ à Chriſto factam ex parte totius corporis myſtici pro quo patiebatur, præuidit ipſemet Propheta Pſalmo trigeſimo, dum dixit: in manus tuas commendo ſpiritum meum, &c: Dionyſius Areopagita Athenienſis tunc in gẽtilitatis errore verſan-

Matthæ. 27. *Paral. 3* *Lucas. cap. 23.* *Dauid. Pſalm. 30.* *Dionyſius.*

do vir quidem omni doctrinæ genere inſtructus eodem die quo Dominus & Redemptor noſter cruci affixus eſt aduertens præter Na-
» turam Solem defeciſſe exclamauit, Aut Deus
» Naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur. Et Sedulius quoque libro ſuo diuin. Mirab. quarto ita ſcribit

Sedul. lib. 4.

» Intereà horrendæ ſubitò venêre tenebræ
» Et totum tenuere Polum, mæſtisq; nigrantem
» Exequijs texere diem, Sol nube coruſcos
» Aſcondens radios, tetro velatus amictu
» Delituit, triſtemq; repleuit luctibus orbẽ &c.

Hæc ille de Solis obſcuritate, & quæ ſequuntur de terremotu in morte Domini & de reſurrectione corporum.

» Ergo vbi cũcta boni cõpleta eſt paſſio Chriſti
» Ipſe animam ꝓprio dimiſit corpore ſanctam
» Ipſe iterum ſumpturus eam, quia mortuus idẽ
» Idem viuus erat, membris obeuntibus in ſe
» Non obeunte Deo, cuius virtute retrorſum
» Infernæ patuere viæ, ruptæque fatiſcunt
» Diuiſa compage petræ rediuiua iacentem
» Corpora ſanctorum fractis abiere ſepulchris
» In cineres animata ſuos, ſubitoque fragore,
» Illud ouans templum maioris culmina templi
» Procubuiſſe videns, ritu plangentis alumni
» Saucia diſciſſo nudauit pectora velo &c.
» Nec tellus ſine clade fuit, quæ talia cernens
» Funditus intremuit, dubioq; in fine ſupremũ

Expauit

Expauit Natura modum, ne cogeret omnem „
Summus apex inferna petens ſuccũbere molẽ „
Authoremq; ſequẽs ꝑ tartara mundus abiret, „
Sed pietas immẽſa vagas ꝓperabat ad vmbras „
Perdita reſtituens, nec cõſiſtentia perdẽs &c. „

Sed proſequamur ordinem. cùm moriens pandet, ideſt extendet brachia liuentia, ideſt liuorem contrahentia ex flagellis æthereo patri, ideſt Patri æterno que pro & capillos turpatos de morte atra, ideſt ob atram mortem & ſupple pandet, ideſt indicabit ora, ideſt membra, oculos demiſſos, frontem iam madidam, ideſt made factã cruore, ideſt ſanguine et pectus patefactum, ideſt latus perforatum lato hiatu ideſt vulnere à lancea facto.

AT Mater, non iam Mater, ſed flentis et orbæ
Infelix ſimulachrũ, ęgra ac ſine viribus um
Ante crucem demiſſa genas, effuſa capillum (bra
Stat lacrymans, triſtique irrorat pectora fletu:
Ac ſi iam comperta mihi licet ore profari,
Omnia defeſſi ſpectans morientia nati
Lumina crudeles terras, crudelia dicit
Sidera: crudelem ſeſe quòd talia cernat
Vulnera, ſæpè vocat, tum luctiſono vlulatu
Cuncta replens, ſingultanti ſic incipit ore,
Incipit & duro figit ſimul oſcula ligno.
Exclamans: quis me miſeram, quis culmine tanto
Deiectam: ſubitis inuoluit nate procellis?

Nate patris vires, ſanguis meus, vnde repente
Hæc fera tempeſtas? quis te mihi fluctus ademit?
Quæ manus indignos fœdauit ſanguine vultus?
Cui tantum in ſuperos licuit? bella impia cœlo
Quis parat? hũc ego te, poſt tot malè tuta labores
Poſtquàm tot infelix elapſæ incommoda vitæ
Aſpicio? tu ne illa tuæ lux vnica matris?
Tu ne animæ pax, & requies, ſpesq; vltima noſtræ
Sic raperis? ſic me ſolam, exanimemque relinquis.
O' dolor: extincto iam te pro fratre ſorores?
Pro natis toties exorauere parentes:
Aſt ego pro nato, pro te Dominoque Deoque
Quem miſera exorem? quo triſtia pectora vertã?
Cui querar? O' tandem diræ me perdite dextræ
Me potius (ſiqua eſt pietas) immanibus armis
Obruite, in me omnes effundite pectoris iras
Vel tu (ſi tanti eſt hominum genus) eripe matrem
Quæ rogat, & Stygias tecũ duc nate ſub vmbras.
Ipſa ego te per dura locorum, inamœnaque viuis.
Regna ſequar: liceat rumpentem cernere portas
AEratas: liceat pulchro ſudore madentem.
Euerſorem Erebi materna abſtergere dextra.
Hos illa, & pluries fundit de pectore queſtus.

AT *mater, &c.*] Narrat matris queſtus, & lacrymas quas fudit mortuo filio, in cruce ſuſpẽſo ſeu affixo cruci. Ordo eſt. At mater iam nõ mater, quaſi dicat præ nimio dolore & lacrymarũ effuſione euaſerat ſibi ipſi diſſimi-

lis,

lis, ideò ſubdit ſed infelix ſimulachrum.i.imago præ ſe ferens mirabilem & intrinſecam infelicitatem, ac vmbra ægra ſine viribus, ideſt adeò exanimata erat, vt videretur vmbra corporis, ſtat lacrymans ante crucem demiſſa genas, ideſt tenens oculos demiſſos, & effuſa capillum, ideſt capillos habens laceratos & ſparſos, que pro & irrorat, ideſt lacrymando rore, ſeu lacrymarum copia madefacit pectora, ideſt membra fletu triſti ab effectu, ac ideſt etiã ſi iam ore, ſcilicet meo licet mihi profari, ideſt alloqui omnia comperta, ideſt quæcunq; præuidens in ſpiritu vaticinor. ad exprimendam vehementiam doloris Virginis, quo ita angebatur, vt queri de omnibus videretur. Vnde ſubdit ſpectans, ideſt ipſa virgo mater lumina morientia nati defeſſi, ideſt paſſi crudeliter, ideſt filium mortuum, dicit ideſt vocat terras crudeles, ideſt terras colentes, & ſidera etiam crudelia. Verba hæc in conuicia prorumpentia, & iram quãdam, & animi indignationem indicantia Poetica verè ſunt, & Poeticè dicta. Abſit enim à Chriſtiana mente, vt Pia mater Angelorum Regina, humilis corde, ore, ſermone, cunctiſq; ſuis actionibus, Spiritus ſancti templum in iram, & linguæ conuicia prorumpere voluerit. Et vocat ſępe ſeſe crudelem quòd, ideſt eo quòd cernat talia vulnera, ſcilicet filij tum, ideſt etiam replens cuncta vlula-

tu,ideſt ploratu,& lamentationibus luctiſono ſic ore ſingultanti, ideſt fletu ſingultato incipit,ſcilicet loqui, & exclamans ſimul,ideſt pariter flendo figit oſcula duro ligno,ideſt oſculata eſt lignũ Crucis, ò ſupple nate quis, quis, ſubitis procellis figurata locutio eſt inuoluit me miſeram deiectam ex tanto culmine, quaſi dicat quis,quis, fuerit neſcio qui ex ſummo felicitatis faſtigio me deiecit, & præcipitẽ demiſit ad talem, tantamque miſeriæ, & dolorũ aceruum,profundamque voraginem. Nate, ideſt ò fili Patris, ſcilicet Dei vires, ideſt habens æquales cum Patre ſecundum diuinitatem. ſanguis meus ſupple etiam es meus ſanguis quo ad humanitatem. Cùm conceptus à Spiritu ſancto fuerit,ex puriſſimis Mariæ ſanguinibus. Vnde ſupple orta eſt hæc fera tempeſtas? repente,ideſt ita repẽtina quis fluctus, ideſt quod accidens infortunium ademit, ideſt ſubtraxit te mihi? Quæ manus ſupple impij homicidæ ſanguinem ſitientis fœdauit,ideſt maculauit vultus indignos, ideſt non dignè talia paſſos,ſanguine? Cui ſupple crudeli & inhumano licuit, ideſt permiſſum fuit ſeu conueniens, in ſuperos, ideſt audere in te talia?Quis parat impia bella cęlo?ideſt in Deum Ego infelix malè tuta, ideſt nõ ſecura poſt tot labores, ſcilicet paſſos, quæ pro & poſt tot incommoda elapſæ vitæ,ideſt præteritæ aſpicio,

ideſt cerno te hunc, ideſt ita mortuuum, q. d. quamuis paſſa ſim tot labores, uitæq; diſpendia olim pro te cuſtodiendo in Herodis perſecutione cæterisq; uitæ erumnis, attamen cerno te modò in Crucis patibulo expiraſſe tu ne ideſt vtrum ſis illa unica lux matris tuæ, ideſt mei, q. d. illa lux quæ illuminabat nondum me matrem ſed omnem hominem ueniẽtem in hunc mundum. Tu ne, ideſt vtrum pax, requies, quæ pro & ultima ſpes noſtræ pro meæ animæ ſic raperis? ideſt à me diſcedis ſic relinquis me ſic ſolam, ideſt valde exanimem, & ſolam ò dolor, cum admiratione exclamando legendum eſt. Iam ſorores, ideſt aliquæ toties (cùm acciderit) pro fratre exorauerunt, ideſt orationem Deo fuderunt Parentes toties etiã ſupple exoraûere pro natis, q. d. accidit ſæpe ſorores alicuius, fratrem mortis anguſtia, ſeu quocunque laboris alio genere uexatum uouere ita & Parentes filios, & quemadmodũ naturalis ille amor requirit, ſtimulatq; magis pro illis Deum orare, verum tamen inquit virgo. Ego quem orem neſcio, cum mortuus ſis qui tanquam Secunda Trinitatis Perſona, & Dei filius ſecundum diuinitatem Deus es, vt verba textus aperiunt quæ ita ſubduntur. At ego miſera pro te iam extincto, ideſt mortuo, nato, Domino, & Deo, nato, ideſt filius meus es tanquàm à Spiritu ſancto in utero meo con-

ceptus

ceptus Domino, ideſt uelutis Dei filius es. Dominus meus. Deo, ideſt ſecundum diuinitatem ſeu deitatē, es Deus ęqualis gloriæ, ſapientiæ, maieſtatis, & bonitatis & eiuſdē eſſentiæ cum Deo Patre, es ergo Deus quem exorem ergo ſubdit textus q. d. non habeo cui orationes & preces fundā quò uertam, ideſt ad quē ſeu apud quem aut ad quam partem uertam, ideſt conuertā pectora triſtia q. d. nullibi cui querar, ideſt apud quem queri debeo? O'Dirę dextrę, ideſt miniſtri Iudęorum qui uocamini diræ dextræ Pontificum & Phariſæorum uobis iubentium tandē perdite me, ideſt interficite potius (ſi qua pro aliqua pietas uobis, ſcilicet eſt) obruite me, ſcilicet armis immanib. ideſt in me interficiendam ferro irruite & in me effundite, i. exercete, & euomite omnes iras, ideſt odia & irarum uirus in me, ideſt cōtra me uel tu, ſcilicet Nate (ſi tanti eſt hominum genus) ideſt ſi homo tanti eſt faciendus, ut neceſſe ſit te mortuo redimi, uidetur alludere ad Prophetam Pſal. 8. dum dicit. Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam uiſitas eum? eripe, ſcilicet prius antequam diem mortis tuæ uideam, me, ſcilicet Matrē tuā quę rogar, & ò Nate duc tecum ſub umbras ſtygias, ideſt ad lymbū quo deſcēſurus es ad liberandos patres, ipſa pro ego ſequar te per dura locorū, ideſt uſq; ad inferos

Druid. 8. *Pſal.*

»
»

que pro & regna inamęna uiuis,ideſt aſpera& inuia uiuẽtibus ſupple fac ut liceat,ſcilicet mihi cernere te ſupple rumpentẽ.i. effringẽtem portas æratas.i. infernales ut uerè et effectiuè fregit ut Pſalmo 23.inquit Propheta Attollite portas Principes ueſtras, & eleuamini portæ ęternales,& introibit Rex glorię:liceat ſupple etiã mihi dextra,ideſt manu materna abſtergere,ideſt tergere Euerſorẽ te,ſcilicet deſtructorẽ Erebi.i. inferni pulchro ſudore hos, ſcilicet q̃ſtus illa.ſ. Maria flẽdo fundit.i. emittit & plures his de pectore,ideſt de ore & corde. Pſal.23 " "

Quod ſcelus Eois ut primum cernet ab undis
Sol indignantes retrò conuertere currus
Optabit,fruſtraq; ſuis luctatus habenis
Quod poterit tandem auratos ferrugine crines
Inficiet,mæſtamq; diu ſine lumine frontem
Oſtendet terris : ut qui iam ploret ademptum
Authorem,Regemq; ſuum quia ipſa nigranti
Fratris ab ore timens, & tanto concita caſu
Cynthia,& cæruleo uultus obnubet amictu
Auertetq; oculos,lacrymasq; effundet inanes
At contra horriſono concuſſa tremore
Cum gemitu fremet,& ruptis excita ſepulchris
Emittet ſimulachra.

Quod ſcelus &c.]liquidat Poeta in p̃poſito textus ſigna obſcurati ſolis,terręq́;motus

& Re-

& reliqua quæ Chriſtum expirantem ſubſecuta ſunt, & fuerunt. Ordo eſt quod ſcelus, ſcilicet, quod impia Iudæorum turma patrabit crucifigendo Chriſtum, vt primùm, ideſt quã primũ Sol cernet ab undis Eois, ideſt ab orientali plaga optabit, ideſt cupiet conuertere currus indignantes retro: que pro & luctatus ſuis habenis fruſtra, q. d. non ualens illorum curſum impedire tandem Eclypſim parabit, ut oſtenditur in textu quod tandem poterit, &c. inficiet, ideſt uelabit auratos crines, ideſt fulgentes radios ferrugine, ideſt tenebroſa caligine uti Luc. 23. cap. vt ſupra allegauimus inquit, que pro & diu ponitur hìc pro illo temporis ſpatio quod ait Euangeliſta, uidelicet ab hora ſexta vſq; ad nonam. oſtendet terris, ideſt mundo frontem mæſtam, ideſt obſcurum uultum ſine lumine, ut pro quippe iam ploret authorẽ, ideſt Creatorem ſuum ademptum, & ſuum Regem, quin, ideſt etiam ipſa Cynthia, ideſt Luna timens ab ore, ideſt vultu nigranti, ideſt obſcuro fratris, ſcilicet ſui Solis redolent uerba hæc ueram Poeticam locutionem: Nam Poetæ Appollinem & Dianam peperiſſe unico partu Latonam fabulantur. ob id inquid Cynthia timens &c. Splendorem quoque à Sole ipſo Lunam accipere. Et concita ideſt commota & exterrita tantò caſu, ideſt inſolita & præter Naturam Eclypſim obnu-

bet,

bet, ideſt obumbrabit & uelabit uultus, ſcilicet ſuos amictu, ideſt uelamine. cæruleo, ideſt ſubnigro, que pro & auertet oculos & effundet lacrymas inanes, ideſt flebit fruſtra eo quia fletus nil ſibi profuturus erit. At contra tellus concuſſa, ideſt agitata tremore horriſono, ideſt terræmotu magno horrorem ſonante fremet, ideſt ſtridet cùm gemitu, quaſi dicat ita magni erunt inanimatorum ſtrepitus, fragor, uoces, & gemitus, terram habitantium ſeu hominum vt terra ipſa gemere videatur & ruptis, ideſt apertis ſepulchris emittet ſimulacra excita, ideſt corpora ſanctorum reſurgentium.

Emittet ſimulacra, quid ò quid abire paratis
Illuſtres animæ? non omnibus hæc data rerũ
Conditio, paucis remeare ad lumina uitæ.
Conceſſum, ſed tempus erit cum martia rauco
Corpora per terras omnes latè omnia ſurgent.
Nunc autem ſat tartarei ſi clauſtra Tyranni
Effringat Rex ille: & caligantia pandat
Atria, diffugiant immiſſo lumine Diræ
Eumenidum facie iunctis in terga colubris
Quas atro vix in limo Phlegetontis aduſtum
Accipiat nemus, & fumanti condat in ulua.
Tum uariæ peſtes, & monſtra horrentia Ditis
Ima petant, trepident Briareia turba Ceraſtæ
Semiferumq; genus Centauri, & Gorgones atra

Scyl-

Scyllæq; ſphingesq; ardentiſq; ora Chimeræ
Atq; hydræ, atq; canes, & terribiles harpiæ
Ipſe catenato feſſus per Tartara collo
Ducetur Pluton, triſti quem murmure circum
Inferni fractis mærebunt cornibus amnes.

Q*Vid ò quid abire paratis &c.*] narrato quod de futura Chriſti morte prǽui derat Propheta, & quæ ſigna illum morientem ſequi debebant. Apoſtrophat ad Sanctorum illa multa corpora quæ reſurgere præuidebat unde inquit: ò Animæ illuſtres. i: Beatæ & inſignes gloria quid, ideſt curparatis abire? non omnibus data eſt hæc rerum conditio, ideſt nõ permittitur omnib. reſurrectio iſta q. d. quoniã uobis permittitur reſurgere nõ ideo arbitremini omnibus pmitti: aderit attamen tempus futuræ generalis reſurrectionis ut ex ſequentibus patet. Paucis ſupple eſt conceſſum modò remeare, ideſt redire ad lumina vitæ. Sed tempus erit cùm tuba martia, benè martia utitur uocabulo adiectiuo Epitheton ipſius optimè congruens tubæ quę admodum uiri bellicoſi, ſeu Reges, & Duces molituri bellum, qui uiri martij dicuntur eo quia Martis arma exercent. tubarum clangore milites ſuos conuocant, ita Tuba illa in die Iudicij uniuerſalis conuocabit omnes ante Chriſti tribunal, qui Mars eſt

Poten-

Potentiſſimus, & fortiſſimus Rex Regum, & Dominus dominantium. Cum Rex ille fortiſſimus mortis confractis uiribus, pede conculcans tartara ſoluit à pœna miſeros. Cantat Eccleſia in Hymno Paſchali. Cùm venturus ſit in poteſtate magna, & maieſtate, ut legitur Matth. 25. Cùm uenerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes Angeli eius cum eo, &c. Et etiam Luc. 21. Et tunc uidebunt filium hominis ueuientem cum poteſtate magna, & maieſtate, &c. Et Apoſtolus prim. Corinth. is canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, &c. Ita etiam Eccleſia in ſequentia quàm pro defunctis canit. inquit turba mirum ſparget ſonum per ſepulchra regionum coget omnes ante thronum, &c. Quatiet, ideſt commouebit ſuo ſono Cælum, que pro, & repente, ideſt confeſtim omnia corpora latè, ideſt vniuerſaliter ſurgent per omnes terras, ideſt in toto orbe: nunc autem ſat pro ſatis eſt ſi ille Rex, ſcilicet Chriſtus eſt: uingat, ideſt diſrumpat clauſtra, ideſt inferorum clauſa loca Tyranni tartarei, ideſt Diaboli infernalis: hoc uerè Eccleſia ſancta fatetur in Hymno quod aſcenſionis dominicæ canit videlicet: Inferni clauſtra penetrans tuos captiuos redimens &c. Et pandat, ideſt aperiat atria caligantia, ideſt regia obſcura, & ſupple facies diræ Eumenidum ideſt infernals furię immiſſo lumine, ideſt intrudu-

Eccleſia. " *Matth. 25.* " *Lucas c. 21.* " " *Paulus corinth. 18.* *Eccleſia* " " " *Eccleſia* " " "

troducto ſeu ingreſſo Saluatore iactis, ideſt de miſſis retrò colubris quos pro capillis habent in terga, diffugiunt, quas, ſcilicet furias uix nemus aduſtum, ideſt obſcurum accipiat, ideſt excipiat in limo atro, ideſt cęnoſo loco fundo, aut ſolo Phlegetontis, ideſt fluuij, & condat, ideſt reponat & ſtatuat in ulua fumantis. Hîc notandum eſt antequàm progrediamur ad literæ conſtructionem & dicendum quòd Poeta uſus eſt non nullis uocabulis animalium diuerſorumq; monſtruorum inferos colentium, quæ ſigillatim enucleabimus pro ſpiritibus infernalibus accipientes, quos uarijs, uarijsq; formis eſſe fingit tanquam Poeta & Poeticè loquendo ſimplibus uſus eſt uocabulis cùm ſpiritus uti ſpiritus, Natura corpora non habeant vniformia, neque multiplicia; ueruntamen uerum eſt trãsformari poſſe in Angelos Lucis Deo permittẽte & diuerſas indui figuras ad mortales decipiendos, & ideò non mirum. his igitur prælibatis ad ſingulorum declarationem deueniendum eſt. Phlegeton igitur fluuius dicitur infernalis flammis ęſtuãtibus rapidus, Dis inferorum Deus. & Diuitiarum, Briaræus Cœli & terræ filius, Ceraſtes, latinè cornutus dicitur genus ſerpentis qui quadragemina cornua præfert. Centauri populi Theſſaliæ media parte uiri & media equi habitãtes ſecus Pelium montem. Gorgones

gones atræ mulieres bellicoſæ, quarum Reginam Meduſam congrediendo Perſeus interfecit uti antea narrauimus. Scylla filia Phorci, & Chretheidos Nymphæ, cuius fabulam huc non adduximus narrat eam Seruius in Aeneid. Verg. lib. 3. Dum de ea loquitur inquiens. Dextrum Scylla latus &c. Sphinx monſtrum apud Thebas cuius caput, & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, uox hominis, vngues Leonis, cauda draconis. chymera monſtrum dicitur habens tria capita unum Leonis, aliud chymeræ, aliud draconis cuius capita ignem efflant, Hydra Poetę dicunt animal eſſe multorum capitum in lerna palude, quorum aliquot exciſis, totidem continuò renaſcebantur. Sed ad conſtructionem. tum variæ peſtes, ideſt varij, & diuerſi illi ſpiritus, & monſtra horrentia, ideſt animalia illa à nobis declarata Ditis, ideſt ipſius inferorum Dei petat, ideſt deſcendant ima turba briaræa trepident pro trepidet, Syntheſis figura eſt, quæ attributio dicitur proprietatis vni ſubiecto, vel pluribus copulatis, non gratia uocis, ſed ſignificati, vt populus currunt, & turba ruūt. Dixit Ouidius Epiſtol. Heroid. 1. Quæ pro & genus ſemiferum centauri, ſupple etiam trepident, & ima deſcendant, & atræ Gorgones, & Scyllæ, ſpinges, & ora chymæræ ardentis, atque canes, & terribiles harpiæ, de quibus memi-

Virg. 3. nit Vergil. Aeneid. eodem lib. vbi ait. Virgi-
,, nei voluerum vultus fœdiſſima ventris pro-
,, luuies, vncæq; manus, & pallida ſemper ora
,, fame, &c. ipſe Pluto, id eſt Princeps inferni ſeſſus, id eſt victus, & debellatus collo catena to, id eſt catena ligato ducetur per tartara, id eſt ibi perpetuò, & æternaliter claudetur circum quem, ſcilicet Plutonem fractis cornibus, id eſt amiſſis ſuis viribus, amnes inferni, id eſt fluuij mærebunt, id eſt triſtabūtur murmure.

AT *nos virginea præcincti tempora laura,*
Signa per extentos cæli uictricia campos
Tollemus, lætoq; Ducem clamore ſequemur.
Victor, io, bellator, io, tu regna profunda
Tu manes, erebumq;, poteſtatesq; coerces
Aerias, lethumq; tuo, ſub numine torques.
Ille alto temone ſedens, leuibuſq; quadrigis
Lora dabit, uolucresq; reget, placido ore iugales,
Non iam cornipedum ductos de ſemine equorum,
Nec qui conſuetas carpant præſepibus herbas.

AC *nos uirginea*, &c. Propheta præuidens in ſpiritu Chriſti ad inferos deſcēſum Sanctorum Patrum liberationem, & denique mortuorum generalem reſurrectionē, Dæmonumq;, & ſontium animarum perpetuò in inferno damnationem, quæ omnia in eius

eius perſona Poeta perbellè ſcribit. Eodem vaticinio narrat iuſtorum, ſeu electorum læti tiam, qui aſcenſuri erunt vnà cum Saluatore, & Sanctis eum comitaturis ad cælum, in qua deſcriptione mira vtitur induſtria, ad denotãdum aſcenſum, vt ex carminum declarandorum ſenſu manifeſtè patebit. Ordo eſt. At nos id eſt electi omnes præcincti tempora, id eſt habentes tempora præcincta, ſeu ornata, Lauru virginea, Laurus arbor eſt Apollini dicata propter Daphnem, quam amauit (vt Poetarũ traditio eſt) in eam transformatam Euſebius ſcribit eam ſoli dicatam, quoniam ignea eſt, vnde odio maximo a Dęmonibus habetur dicabatur etiam triumphis. Sola arborum fulmine non tangitur: Lauru igitur virginea, id eſt ſignificanti victoriam, tollemus, id eſt erigemus ſigna victricia per campos extentos cęli, id eſt per amplos cælos, que pro &. ſequemur Ducem, id eſt Chriſtum nos ducentẽ clamore læto ſupple dicentes, tunc, ſcilicet aſcendentes. Io, victor, Io, bellator, Io, particula exprimens affectum geſtientis lætitia: Ita Horatius libr. Sermonum Satyra tertia. Io, Bacche, &c. Io, ſcilicet, ò Dux noſter Chriſte victor es, Io, bellator, ſcilicet es, id eſt viciſti, & debellaſti mortem & infernum, tu coerces. i. coges manes aerias, id eſt malignos ſpiritus, & profunda regna, ſcilicet infera, qui

pro & poteſtates erebum, id eſt infernum, & ſub tuo numine torques lethum, id eſt vincis mortem: ille, ſcilicet Chriſtus ſedens alto timone, ſcilicet quo ſuſtentatur iugum, dabit lora, ideſt laxabit, & contrahet habenas quadrigis leuibus, i. iugo à quatuor equis tracto, ſeu vecto, methaphora ſumpta à quadrigis equorum, ſignans aſcenſurum Chriſtum in medio quatuor Euangeliſtarum, & eoſdem regere vti cuncta viſibilia, & inuiſibilia, que pro & Reges volucres iugales, ideſt ipſos quatuor Euangeliſtas, quatuor animalibus comparatos, tanquàm volucres volantes, ſcilicet & veloces in aſcenſu iugales, trahentes idem iugum ore placido, ideſt verbo ſolo ſuo potēti, non iam, ſupple ipſos volucres, ſeu equos ductos, ideſt originem ducentes, ſeu natos de ſemine equorum cornipedum, ideſt verè brutorum, nec ſupple de his, qui carpant, ideſt ruminent herbas conſuetas, de præſepibus, declarat modò in ſequētibus carminibus, quod cuique Euangeliſtæ animal vendicat circum ſcribendo ea aliquibus epithetis, & proprietatibus: vt patet verſuum ordine, qui talis ſequitur.

PRimus enim valido ſubnixus eburnea collo,
Fert iuga formoſi pecoris cuſtodia taurus,
Stellatus minio taurus, cui cornua fronti

Au-

Aurea, & auratis horrent palearia ſetis,
Perq; pedes bifidæ radiant noua ſidera gemmæ,
Torua boui facies, ſed qua non altera Cælo
Dignior, imbriferum quæ cornibus inchoet annũ:
Nec quæ tam claris mugitibus aſtra laceſſat,
Et iuxta nemorum terror, Rexq; ipſe ferarum,
Magnanimus nitet ore Leo, quem fuſa per armos
Conueſtit Iuba, pectoribus generoſa ſuperbit
Maieſtas, non iam ut cædes, aut prælia ſæuus
Appetat, (innocuis armantur dentibus ora
Grataq; tranquillo ridet clementia uultu)
Sed Cælo, ut ſpatietur, & alta ad ſidera tendat,
Hos poſt inſequitur pulchros pennata per artus,
Alituum Regina, ſacræ cui uertice plumæ
Aſſurgunt, flauoq; caput, diademate fulget:
Ipſa ingens alis, ingentis fulminis inſtar
Supra hominũ tecta, ac mõtes ſupraq; volucres
Fertur, & obſtantes curſu petit obuia nubes.

PRIMVS *enim ualido, &c.*] loquitur de Euangeliſta Luca, & deſcribens animal, quod ei attribuitur, mirum in modum eũ laudat, quod manifeſtum eſt, & liquidò videbitur ex ordine conſtructionis. Sed antequam ad eam perueniamus aduertendũ eſt. Quòd taurus accipitur pro quocunque boue forti, vt Virg. lib. 1. Georg. *Virgil. Geor.*

Pingue ſolum primis, ex templo a menſibus anni.

Fortes inuertant tauri, id eſt boues; ergo Poeta hic intelligit pro tauro bouem ad mentem Virgil. vt ſupra, & ita ipſemet probat intelligi voluiſſe, dum dixit torua boui facies, id eſt ipſius bouis facies torua. Abſurdum enim, & quàm maximè improprium fuiſſet taurus, & bos dupliciter accipi, videlicet, hic pro boue maiori, & ille pro iuniori. Attulliſſet equidē ſenſus maximam diſſimilitudinem, & inconueniens; in eo verò quo Poeta vult laudare taurum, dicens: Sed qua non altera Cælo dignior imbriferum, quæ cornibus inchoat annum, nec &c. accipitur pro tauro ex ſignis cæleſtibus vno, qui taurus menſe Aprili regnat. Nam Aprilis dicitur, quaſi aperilis, quòd terram aperiat, quia verna temperie plantarum germina aperiantur. Ex etymologia itaque vocabuli manifeſtè liquet tempore, quo regnat miræ vtilitati eſſe ipſis plantis, & telluri. Subdit præterea textus inchoat annum: Notandum diligenter eſt hic: nam aliud eſt inchoare annum, & aliud eſt aperire. Et annū inchoari à Martio menſe, vt ſentit Seruius in lib. primo Georg. Virg. videlicet

Geor. 1.

„ vere nouo, Gelidus canis cū mōtibus humor
„ Liquitur, & zephyro putris ſe gleba reſoluit;
„ Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
„ Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere uomer. &c.

Vnum-

Vnumquodque ſignum poteſt inchoare annum, & finire, id eſt ſuum annum. Nam a tauro, vſque ad taurum, & à geminis, vſque ad geminos, & ſic de reliquis annus eſt? & ita vnumquodque incipiens à die, aut menſe, quo incipit, dicitur inchoare, & finire annum ſuum, vt etiam ſentit idem Seruius eodem li. 1. Georg. Dum dixit,

Vere fabis ſatio, tunc te quoq; medica putres "
Accipiunt ſulci, & milio venit annua cura, "
Candidus auratis, aperit cum cornibus annũ "
Taurus; &c. "

Animaduertendum eſt etiam, quid ſibi velint quattuor animalia, quæ quattuor Euangeliſtis aſcribuntur. hoc declarat Gloſſa Clement. in cap. de ſumm. trinit. & fid. Cathol. in verbo Ezechiel, vbi dicit, quòd iure per hominem figuratur Matthæus, quia cæpit ab humana generatione, Marcus, per Leonẽ, quia cæpit à clamore in deſerto, Lucas per Vitulũ, quia cæpit à ſacrificio. Ioannes verò dignè per Aquilam, quia cæpit à diuinitate Chriſti. Sicut enim Aquila cunctis auibus altius volat, & irreuerberatis oculis ſolis radios intuetur, ſic iſte altiùs cæteris aſcendit, qui dicens: In principio erat verbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Dum in ipſam diuinitatis ſubſtantiam intendit, quaſi more aquilæ oculos fixit in Solem. His de- ""

Clem. de ſum. tri. & fi. ca.

nique præmiſſis veniamus ad ordinem. Ordo eſt. Enim pro quia taurus, id eſt bos primus ſupple eſt cuſtodia, id eſt Dux, ſiue prior formoſi pecoris, id eſt armenti: ſubnixus, id eſt fulcitus, ſeu munitus collo, ſcilicet ſuo valido fert iuga eburnea, id eſt candida, tanquam ebur: taurus iterat Poeta ad maiorem expreſſionem laudis ipſius tauri, pingit etenim eum pulcherrimum: ideo dicit taurus, id eſt bos ſtellatus, id eſt præditus minio, id eſt colore illo rubeo, cui, ſcilicet boui horrent, id eſt acutè inſunt ſeu horrent, cornua aurea fronti, & palearia, id eſt pelles ex gutture eius dependẽtes horrent, id eſt adiacent ſetis auratis, id eſt villis auratis, que pro & per pedes radiant, id eſt veluti radij ſolares ſplendent gemmæ bifidæ, id eſt in duas partes fiſſæ, appoſitoriè noua ſidera, facies eſt ſupple torua boui, id eſt aſpectu trux eſt, ſeu ferox natura bos, ſed hæc iſtius facies pulchrior, & placida, ideo inquit. Sed ſupple eſt adeò benigna, vt qua non ſit altera dignior cælo, quæ ſcilicet bouis facies inchoet annum ſuum, ſcilicet imbriferum menſe Aprili, vt declarauimus paulò ante. Nec quæ tam, id eſt tantum laceſſat, id eſt prouocet aſtra, id eſt ſidera claris mugitibus, quàm ſupple ipſe laceſſit. At pro maiori iſtius textus intelligentia dicendum eſt, quòd non aliter bouem ipſum pleno gutture laudat, quàm vt

Euan-

Euangeliſtam, cui bos vendicatur laudet. Nã Lucas fuit doctus totum myſterium incarnationis à Maria Virgine, Propheta, & Euangeliſta ſuper omnes alios, cùm multa ipſi filius reuelauerit, & ipſa alios ſubinde Euangeliſtas & Apoſtolos docuerit. Præterea, quæ in raptu multipliciter ſibi fuerunt reuelata, & à Chriſto, denique nato familiari locutione, vt refert Iacobus Peres à Valentia, in verſu Cantici eiuſdem, videlicet: Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius, in Quæſito, in quo apponitur. I. vbi refert etiam communiter teneri. Ideo nemo Euangeliſtarum, adeò exquiſitè, & clariore ſermone ſcripſit myſterium hoc incarnationis eo. Meritò itaque Poeta noſter, & elegantius dixit, aliud ſignum inchoare annum imbriferum, eo perfectius: Nam Lucas inchoat, & aperit annum, id eſt myſterium, ſeu tempus incarnationis, imbriferum, id eſt afferẽtem imbrem, id eſt aquam. Nam Chriſtus natus attulit mũdo germen gratiæ, & veluti aqua germinare facit terram, ita & Chriſtus fuit aqua, adeò inundans, & exuberans, qua loti fuimus interius, & exterius, illa inquam aqua, quæ ex ſanctiſſimo latere, vnà cùm ſanguine exiuit. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuò exiuit ſanguis & aqua. Ioan. cap. 10. & refert cap. in quadam. de celebrat. Miſſar. Ipſe deni-

Iacob. à Valent.

Io. c. 10.
De cele. Miſ. ca. in quadã

denique claris mugitibus, ideſt aliis, ſeu cæteris clariùs laceſſiuit, ideſt ſcripſit mirabilem Saluatoris incarnationẽ: Nec fuit eo dignior quis, vt eam ſcriberet. Et iuxta nemorum terror, ſequitur textus: Exprimitur hic ſecũdum animal, videlicet Leo, qui Diuo Marco tribuitur, & idem ſignando etiam ipſum Euangeliſtam laudat, & iuxta, id eſt prope ſupple iam dictum animal erit terror nemorum, que pro & ipſe Rex ferarum, ideſt animalium quadrupedum, & omnibus fortior, nitet, id eſt ſplendet ore, id eſt aſpectu. Magnanimus Leo quem, ſcilicet Leonem iuba (iubati enim dicuntur leones) id eſt denſa crinium collectio à collo pendẽs fuſa, id eſt diſperſa per armos, id eſt humeros conueſtit, id eſt contegit: Maieſtas generoſa ſuperbit pectoribus, id eſt præ ſe quandam ferens Maieſtatem, vt ea ſuperbire videatur, non ſcilicet ſuperbire videtur, vt ſæuus appetat cædes, aut prelia, at ipſius Natura fert, que pro & ora grata, id eſt membra, quæ placida, & benigna ſunt, armantur dentibus innocuis, id eſt non nocentibus. Et clementia, quam ſupple præ ſe fert, ridet vultu tranquillo, id eſt benigno, & nõ miniaci. Sed vt ſpatietur cælo, id eſt per cælum, & tendat ad alta ſidera. Nos poſt inſequitur, &c. Tertium hic notatur animal, quod Diuo Ioanni dicatur, in quo ſignando ipſius laudes efferũtur

tur. Qui veluti Aquila ſuis freta pennis præ omnibus altior uolat. Ita & Ioannes ingenio ſuo adeò penetrauit, vt altiſſima myſteria viderit, vt præcipuè in ipſius Apocalypſis libris liquet, conſtructio, ergo eſt, poſt hos pulchros arctus, ideſt poſt pulchra ſupradicta animalia, inſequitur Regina pennata alituum, id eſt Aquila. Regina verè auium nuncupari poteſt Aquila dicitur, nãque ab acutè videndo, quæ cùm ſenuerit grauantur pennæ, & ipſius oculi, quærit fontem, & erigit pennas, colligit in ſe colores, & ſic oculi ſanantur, & in fontem ſe ter mergit, & ita ad iuuentutem redit. Ioã. Baptiſta Folengus Monachus Caſſina: in pſa. 103. inquit. Porrò de Aquila ſcribunt Doctores alitem eſſe, quæ ægritudine, aut ſenio minime occidat, ſed fame, cuius rei ea eſt ratio, quòd roſtrum adeò illi in ſenectute ſubcurue tur, vt cibum capere nequeat, quomodo verò renouetur incertum, hebræi tamen ſcribunt nonnulli eum illi eſſe morem, vt quolibet decennio, vſque ad elemẽtarem euolet ignem, indeque ſimul, ac ardentiùs incaluerit ſe in mare demergere, abluereq; ſe ſe, atq; hinc nouas illi pennas ſubcreſcere, & ita in nouã immutari formam, & ætatem, verum quia hæc incognita ſunt, apertiora proſequamur. Illud pro certo habendum iſtius Aquilæ renouatione voluiſſe, vatem oſtendere, qualis ſit ex mo

re

„ re in filius Dei,& mens,& animus,vegetus ni„ mirum,perſpicax,ſucciq; ſpiritus pleniſſimus „ ardens,viuax,inſomnis, ad hæc viridis mem„ brorum habitus, & etiam ſi ſenes ſint, & de„ crepiti,robuſtiores, vt de antiquis Iudæorum „ Patribus,nempe Noc, Abraam, Iſaac, Iacob,

Caſſiad. Moſe,atque aliis quamplurimis legimus. Itẽ Caſſiadorus Senator Romanus in eund. Pſal.

„ Sed perſcrutandum eſt, cur Aquilæ introdu„ catur exemplum. huic aui iam ætate prouе„ ctæ ſupernum labium cornua inflexione na„ ſutum tantum fertur excreſcere, vt ei non ſit „ liberum eſcas ſolita libertate decerpere; quæ „ intelligens,vnde ſibi periculũ vitæ poſſit acci„ dere,os ſuum in ſaxũ dicitur expolire, vſque„ quo omnia ſibi eius impedimenta ſubmo„ ueat,quo facto in antiquam valetudinem cor„ poris ſui, eſcarum ſolita perceptione reuoca„ tur. Hinc anima in priſtinam ſanitatem re„ uertitur,ſi peccata ſua in petra, quæ eſt Chri„ ſtus Dominus, expolire non deſinat: reuerti„ tur enim ad cibos ſalutares, quando delicta, „ quæ ſunt impedimenta ęternæ vitæ,Domino

Iacob. a Valent. præſtante,reſpuerit. Iacobus à Valentia in eũ „ dem Pſalm. inquit. Quando recuperabis cor „ pus glorioſum in nouiſſimo die. hoc etiam

Eccleſ. „ optimè probat Eccleſia. in Antiphona, quam „ Martyribus vendicat dicens. Sanctorum ve„ lut Aquilæ iuuentus renouabitur. Init cum

Dra-

Dracone prælium. Solam ex omni auium genere ſibi Iuppiter delegit, quòd ſola contra orientis ſolis radios immotam aciem oculos tenet, ac ſola hæc auis fulmine nunquàm tacta fuit. Probat hoc Plinius libr. 10. natural. hiſtor. de auium Natura. ca. 3. vbi in fine inquit, Negant inquam ſolam hanc alitem fulmine exanimatam, ideò armigerám Iouis conſuetu do iudicauit. Meritò ergo inuictiſſimo potentiſſimo Philippo Regi noſtro Catholico, eidemque Chriſtianiſſimo auis iſta dicatur: Nam inter Reges ſe haud ſecus, ac Aquila, erga vitæ regimen, & Regnorum ſibi ipſi ſubditorum habet, acutè etenim proſpiciendo, diligenter illis prouidet, in dies ſpiritualem iuuentutem ſectando, ſemper quæ Dei ſunt renouat: immotas oculorum mentis acies continuè ad ſolis iuſtitiæ radios dirigens immobilis tenet: nunquam tyrannidis fulmine tactus fuit, nec impietatis iaculo in ſubditos vulneratus, iniuit cum fero Dracone, eodemq; Chriſtiani nominis impiiſſimo hoſte præliũ, quem fidei Orthodoxæ, armis munitus, fretuſq; debellauit, penitus, & expugnauit, totq; eiuſdem ſatellitum milia trucidans, triremiũ pluralitatem abſtulit, anno dum hæc interpretaremur, & abſoluimus 1571. Menſe verò Octobris, in quo victoria, nam Nonis eiuſdem fuit: Orante (vt fertur) eo tempore; eo *Pli. li. x. na. hiſto. cap. 3.*

die,

die,& eadem hora,qua vtraque claſſis Catho
lica, videlicet,& Saracenica, inuicem aggreſ-
ſa fuit Pio Quinto Pontifice Optimo Maxi-
mo,cuius vitæ ſanctitas veluti maxima,& ad-
mirabilis,adeò clariùs viguit,& omnibus no-
ta, vt teſtimonio noſtræ memoriæ, nequaquã
indigeat. Prædixit enim inter orandum, fu-
turam victoriam, qua claſſis noſtra Chriſtia-
na potitura erat, vt poſtea, experientia do-
cente, potita eſt. Claſsis verò fidelis Duce
primario Sereniſsimo Ioãne ab Auſtria Prin
cipum (non iniuria) qui fuerunt, & ſunt,ra-
diantisſimo ſidere, nunquam ſatis laudatò e-
ius fratre. Teſtatur hæc omnia ipſemet vene
noſus ſerpens; inferni hæres, Diaboli filius,
fera peſsima; tenebroſæ caliginis ſpeculum,
Perfidiæ adamas infrangibilis, cuius gloria
in confuſione eſt, quoniam infidelitatem ſa-
pit. Turcarum Princeps, qui dum ſibi reli-
quisque ſuis cauet,vſque ad centeſimum ferè
lapidem,vltra execrãdam regiam, in qua mo
rari conſueuerat,ſe recepit. Quapropter Dei
omnipotentis,cuius nos creaturæ ſumus, &
nominamur, Sancti Baptiſmi charactere in-
ſigniti, cuius etiam fidem palàm aſſerimus,
& profitemur miſericordiæ credentes (eo-
dem Glorioſisſimo Duce) iterum ituram claſ
ſem, victurum penitus, & deleturum Maho
metticum nomen ire ſperamus, vt hac no-

ſtra

ſtra ætate Dominicum adimpleri videamus: & fiat vnum ouile, & vnus Paſtor. Præterëo claſſem Illuſtriſſimi Venetiarum Senatus, cu ius potentia multis anteactis ſeculis Barbaricæ genti, & inimicæ Paganorum ſectæ ſemper viriliter obuiauit, obſuit, & obuiat. iure enim optimo, & meritò potius illius vires, prudentiam, diuitias, atque diligentiam, qua omnibus gerendis, quotidie prouidet, præterire mihi viſum eſt, quàm hic annotando narrare, ſordeſcere enimuerò ori meo laudes pro culdubio riderentur, cùm vniuerſo terrarum orbi clariſſimè pateant. Tunc equidem prædicari laude dignum, quid permittatur; cùm nondum mortalium notitiam attigit, & deni que vocalis manifeſtatio detegẽdæ veritatis ſit indicium. Sed ad ordinem cui, ſ. Aquilæ ſacræ plumæ, id eſt pennæ, aſſurgunt, id eſt eriguntur, vertice, id eſt toto corpore, que pro & caput, ſcilicet ſuum fulget, id eſt ſplendet flauo, id eſt fulgenti diademate. i. corona ipſa, ſcilicet Aquila: ingens ſupple eſt alis, & inſtar fulminis ingentis fertur, id eſt uolando ſe fert ſupra hominum tecta, ac montes, & volucres quaſi dicat, volat altior omnibus, ſuperãs om nes alias aues, & obuia, id eſt ipſa obuians curſu, id eſt volatu, petit obſtantes nubes, id eſt volando præterit nubes.

VLTIMVS *humana ſociat ceruice laborem,*
Alatus tergo iuuenis, cui lutea læuo
Ex humero clamys eois inſperſa lapillis
Pendet, eam uariant centum longo ordine Reges
Antiquum genus, & Solymæ primordia gentis;
Oſtro intertexti, ueros cognoſcere uultus
Eſt illic, ueros montes, & flumina credas
Et uera extremo Babylon nitet aurea limbo.

VLTIMVS *humana, &c.* Notatur hic quartum & vltimum animal, ſcilicet homo, ſeu Angelus, qui Matthæo redditur; in quo deſcribendo eũdem ſummis extollit laudibus, pingens enimuerò veſtem, quæ ex illius humeris pendet, dicit eam circundare cẽtum Reges, quod diligenti animaduerſione conſiderandum eſt. Vnde pro clariori intelligentia verſuum notabit diligens lector, narrantem Poetam Regum cateruam Angelum comitantium, & eoſdem vocantem genus antiquũ, & primordia Solymæ gentis nil aliud ſibi velle dicimus, quàm electorum, & Beatorum innumerabilem multitudinem (quorum
Eccleſ. numerum ſolus Deus nouit: ut Eccleſiaſt. in
„ collecta fatetur, uidelicet, Deus cui ſoli cogni
„ tus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus, &c.) ad cæleſtem Hieruſalem, vnà cum Saluatore aſcenſuram, quæ multitu-

do

do conſtabit diuerſitate, & varietate ſtatuū, ſcilicet virginum, viduarum, continentium, coniugatorum, Heremitarum, Apoſtolorum, Doctorum, Euangeliſtarum, Prædicatorum, & varietate religionum, linguarum, quoniam iam credunt Græci, Latini, Scythę, Indi, Aethiopes, Caldei. Item uarietate moris, & cõſuetudinum in cultu, ſcilicet omnibus eſt vna fides, & vnum baptiſma. Et ideo ad hoc ſignificandum Poeta vſus eſt, vocabulo Babylon. Nam Babel, nil aliud ſignificat, quàm confuſionem, quam parit multitudo, quæ multitudo Beatorum, vt diximus ibi non confuſa, ſed ordinata, & miro ordine diſtincta ad cælos aſcenſura, & ibidem æternè feliciſſima. Ordo eſt, vltimus, ſcilicet quatuor animalium iuuenis alatus tergo, ideſt homo, ſeu Angelus alas habens ſociat, ideſt comitatur ſuſtinendo laborem, ſcilicet iugi, ſeu quadrigarũ ceruiet, ideſt collo cui, ſcilicet Angelo, ſeu homini Chlamys, ideſt veſtis lutea, ideſt rubea inſperſa, ideſt ornata lapillis Eois, ideſt gemmis orientalibus pendet, ideſt demittitur ex humero. eam, ſcilicet chlamydem variant, ideſt variè circuunt cẽtum Reges, hic ponitur numerus finitus pro infinito, ideſt infiniti ſpiritus, & electi, & beati, appoſitoriè antiquum genus, & primordia gentis Solymæ, illorum, qui ab hominis creatione nati ſunt, intertexti

oſtro, id eſt rubeo colore: vti muricis prædi-
ti, illic eſt cognoſcere, id eſt videre veros cul-
tus, veros montes, & credas, id eſt quilibet cre
dere poteſt flumina, & ibi ſupple nitet vera
Babylon aurea, id eſt exiſtens decora extre-
mo limbo, id eſt ornamento veſtium extremi
tatem ambienti.

TAli ſidereas curru ſubuectus in auras
Indutos referens ſpolijs pallentibus axes
Perueniet, recto quà panditur orbita tractu.
Lactea, & ad ſedes ducit candentis olympi.
Illic auratæ muros mirabimur urbis,
Auratasq; domos, & gemmata tecta uiasq;
Stelliferas, uitreasq; altis cum montibus amnes:
Atque ibi, ſeu magni celſum penetrale tonantis,
Siue alios habitare lares ac tecta minorum
Cælicolum dabitur: ſtellas numerare licebit,
Surgentemq; diem pariter, pariterq; cadentem
Sub pedibus ſpectare, & longos ducere ſoles
Longaq; uenturis protendere nomina ſeclis.

TAli *ſidereas*, &c. ʒ Cùm narrauerit, quomodo Chriſtus aſcenſurus ſit ad cælos, poſt iudicatum orbem cum electis, breuiter deſcribit illos cæleſti patria fruituros. vnde inquit. Ordo eſt. Supple ille Chriſtus ſubuectus tali curru, quem pinxit, referens axes, id eſt quadrigas indutos pro indutas ſpoliis

pal-

pallentibus, id eſt uariis ornamentis, ſcilicet electorum, perueniet ad auras ſidereas, quà, id eſt èa parte, ſcilicet via orbita, id eſt in qua panditur ueſtigium ipſius viæ lacteæ. Sic Ouidius primo Metamorph. Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno, Lactea nomen habet, cãdore notabilis ipſo,

Hac iter eſt ſuperis ad regia tecta tonãtis, &c. Longo tractu, id eſt ductu, & ducit ad ſedes olympi candentis, id eſt cæli candentis; illic mirabimur muros vrbis auratæ, id eſt ſupernæ Hieruſalem ciuitatis Dei, ſcilicet que pro & domos auratas, & tecta gemmata, id eſt gẽmis prædita, & uias ſtelliferas, id eſt ſtellis ornatas, & amnes uitreos, id eſt fluuios liquidos cum altis montibus, atque ibi dabitur, id eſt permittetur habitare celſum penetrale, id eſt celſam partem interiorem cæli empyrei, ſeu ipſum cælum empyreum magni tonantis, id eſt Dei, ſiue alios lares, quamuis lares dicãtur Dij domeſtici, ſicut & Penates: Attamen hic accipiuntur pro domibus, alios ergo lares, id eſt alias domos, ſeu ſedes cæli, ac tecta minorum cælicolum, id eſt cælicolarum per ſyncopam, licebit numerare ſtellas, pariter, id eſt etiam diem ſurgentem, id eſt orientem, & pariter, id eſt unà etiam ſupple numerare diem cadentem, id eſt decidentem, & occidentem, id eſt tempora, & ſpectare, id eſt conſiderare ſub

fatidicum, ideſt vaticinantem, que pro & attollunt, ideſt erigunt humeris ſublatum, id eſt ereptum ab aggere, ideſt ab illa coaceruatione, ſeu congerie lapidum, & terræ ripæ, ſcilicet fluuij Lethæi, vbi incæpit canere, prout prædictum eſt, & ducunt lætum, ideſt hilarem per auia loca, ideſt illa à via longè remota, ſeu ſine via: ſedes Erebi, ideſt inferni intremuere, que pro & limina, ideſt regna obſcura Ditis, ideſt Plutonis, ſeu Dei inferni, Megèra vna ex infernalibus furiis dat gemitum, id eſt lacrymatur, ſuſpirans de imo corde, id eſt ex profundo cordis, & ſpectat, ideſt conſiderat toruas ſorores, id eſt cæteras furias ſine mente, præ (ſcilicet) timore & tremore. Tum, ideſt deinde exululans Cerberus, ideſt triceps canis, ideſt nimis ululando recondidit, ideſt contraxit atram caudam ſub ventre, & latratu, ſcilicet ſuo horrendo terruit ſontes umbras, id eſt animas nocentes, que pro & niger Cocytus, ideſt fluuius infernalis inhorruit commotis antris, ideſt profluendo commotione illa, & tremore nigrior euaſit, & ſaxa in eo exiſtentia uaga, ideſt vagantia hæſerunt lacertis, ideſt brachiis Siſyphiis, ideſt ipſius Siſyphi. Qui, ut Poetæ tradunt Aeoli filius fuit, & ob latrocinia à Theſeo occiſus & hac pena apud inferos affici, ut grande

ſaxum ſupra montem portare coactus, cum ad apicem deduxerit, continuo ad ima relaxetur,

Finis Libri Primi.

CAR-

CARMEN MEVM DON LAZARI Cardonæ, ad Gregorium xiij. Pontificem Maximum.

PAstor *uniuerſi, Paſtor ſanctiſſimæ, Paſtor*
Qui cæli claudis, tu reſerasq; fores.
Quiq; uicesq; geris Petri, qui crimina mundi
Arbitrio ſoluis, quæq; liganda ligas.
Hæc tibi commendo diuo, ſed nomine Diuæ
Virginis, hæc oculis aſpicienda pijs.
I liber & tutus fęlix pariterq; Beatus.
Diceris, & ſanctos tunc uenerare pedes.
Illuſtris, iam nota mihi cognomina proles
Vlceribus plenus, nomina uera dedit.

Magnifici & Reuerendi Domini Don Pauli Manſi, Theologi Neritini, Carmen.

V*Irgineos partus diuino carmine uates.*
Sincerus cecinit gloria ſumma choro:
At tu quem latiæ mulcet facundia linguæ
Lazare, quæ cecinit ſplendidiora facis.
Charus uterque Deo, ſed nobis charior ipſe;
Te duce, nam facili tramite currit opus.
Fortunati ambo, namq; hic dum myſtica uerbi
Sacra canit, lætus peruolat ora uirum.
Tu quoque dum pandis ſemper, quæ tecta laterēt;
Extollis ſcriptis nomen ad aſtra tuis.

Excellentis Domini Michaelis Calui, Art. & Med. Doct. Carmen.

PRæfulgens pateat pietas interpretis, vllos
Non alios fines lector amice putes.
Nam poterat legum Doctor, Canonũq; ſacrorum
Nominis, & celebris, ſcribere digna magis.
Cardona eſt igitur, quantò præclarior illi
Maiores grates exibiturus eris.

Excellentis Do. Vincentij Fornarij, Art. & Med. Doct. Diſtichon.

HIc Mariam Heliſabeth uiſit, parit illa tonantem,
Doctrinæ fructum Lazarus, atque parit.

SANNAZARII

DE VIRGINIS PARTV

Libmru Secundum

DON LAZARI CARDONAE

V. I. D. SICVLI MODICANI

Commentaria.

REGINA *ut ſubitos imo ſub pecto re motus*
Senſit, & afflatu diuini numinis aucta eſt.
Haud mora, digreſſu uolucris ſuſpenſa miniſtri
Exurgit, monteſq; procul contendit in altos
Feſtinans, ea cura animo, uel prima recurſat.
Matronam defeßam æuo, cui nulla fuiſſent
Dona uteri (mirum dictu) iam ſegnibus annis
Fæcundam, ſextiq; grauem ſub pondere menſis.

Pro-

Protinus affari, uocemq; audire loquentis,
Et ſpectare oculis, ſterili data pignora matri.
Ergo accinctæ uiæ, nullos ſtudioſa paratus
Induitur, nullo diſponit pectora cultu:
Tantum albo crines iniectu ueſtis inumbrans,
Qualis ſtella nitet, tardamq; circuit Arcton
Hyberna ſub nocte, aut matutina reſurgens
Aurora, aut ubi iam oceano ſol aureus exit,
Quaq; pedes mouet, hac caſiã terra alma mini-
Pubẽteſq; roſas, nec iã mæſtos hiacynthos. (ſtrat
Narciſſumq;, crocũq;, & quicquid purpureũ uer
Spirat hiãs, quicquid florum per gramina paſſim
Suggerit immiſcens uarios Natura colores.
Parte alia celeres ſiſtunt uaga flumina curſus
Exultant uallesq; cauæ, collesq; ſupini,
Et circumſtantes ſubmittunt culmina pinus,
Crebraq; palmiferis erumpunt germina ſyluis,
Omnia lætantur, ceſſant Euriq;, Notique,
Ceſſat atrox Boreas tantum per florea rura
Regna tenent zephyri, cælumq; tepentibus auris
Mulcent, quaq; datur gradientem uoce ſalutãt.
Vt uentum ad ſedes, uultu longæua uerendo,
Occurrit coniux iuſti ſenis, atque repente
Plena Deo, ſubitoq; uteri concuſſa tumultu,
Excipit amplexu, uenientem, ac talibus infit.

REGINA *ut ſubitos, &c.*} opportunè poſt incarnatum verbum, narrat viſitationẽ Eliſabeth, vt verba Euangel. (iuxta textus ſen

ſuum

ſuum) indicabunt. Ordo eſt, vt id eſt poſtquã Regina ſenſit motus ſubitos, id eſt ſubitò eã mouentes, ſub imo pectore, id eſt in imo, ſeu profundo cordis aucta eſt; id eſt fœcunda effe cta eſt. afflatu diuini numinis, id eſt virtute ſancti ſpiritus eam fœcundantis: haud mora, ſupple fuit ſuſpenſa, id eſt animo inquieto ſuſpenſa, digreſſu, id eſt diſceſſu volucris miniſtri, id eſt Archangeli Dei miniſtri, exurgit, que pro & contendit, id eſt abit procul in altos montes feſtinans, id eſt cum feſtinatione, vt patet Lucæ primo. cap. Exurgens Maria abiit in montana, cum feſtinatione, &c. Ea cura, vel recuſat prima, id eſt ſtimulãdo eam reſidet animo, id eſt in animo, quaſi dicat, poſtquàm decreuit ad eam viſitandam ire, antequàm perueniret, animo videbatur ei alloqui, ac ſi eandem præ oculis haberet. Ideo inquit Poeta protinus, id eſt ſtatim, ſupple cœpit affari, id eſt alloqui matronam defeſſam æuo, id eſt Eliſabeth æuo, ſeu ſenio confectam, cui ſcilicet Eliſabeth, ſupple videbantur nulla eſſe dona vteri, id eſt non videbatur grauida (mirum dictu) optima parentheſis interpoſitio: iam ſupple Eliſabeth fœcundam annis ſegnibus, id eſt in ætate ſenili, & tempore non apto conceptioni, que pro & grauem ſub põdere ſexti menſis, id eſt ſex erant mẽſes, quod conceperat, & audire vocem loquentis, id eſt *Luc. c. 1.*

ipſius

ipſius Eliſabeth, & ſpectare, ideſt conſiderare, & oculis aſpicere data pignora, ideſt donum, ita mirabile a Deo conceſſum, ſcilicet in ætate illa concepiſſe matri ſterili, ideſt præ ſenio ſterili, & natura quoque. Ergo accincta viæ, id eſt decreuit iter facere induitur ſtudioſa, id eſt ſedula nullos paratus, ideſt nullis ornatis veſtibus. Aduertant vanæ mulieres, erubeſcant precamur penitus, & abhorreant, ornatas incedere, quę quacunq; enim cauſa è domo egrediantur, ſemper fucatæ, pomposis ueſtibus præditæ, ac variis odorum generibus cõſperſæ ſunt, nullam promittentes pietatem, vt ipſas deceret, & decet. diſcant demum à Sanctiſſima Virginum Virgine quę ſola naturali pulchritudine ornata incedebat. Meminiſſe deberent ſaltem Apoſtoli, 1. ad Timoth. 2. monentis. Mulieres in habitu ornato cum uerecundia, & ſobrietate or-

Paul. ad Thi. 20.

„ nantes ſe, non in totis crinibus, aut auro, aut
„ margaritis, uel veſte pretioſa, ſed quod decet
„ mulieres promittentes pietatem per opera
„ bona, &c. Extat quoq; capitulum fucare de Conſecr. diſtinct. 5. quod prohibet mulierum pompas, dum inquit circa medium. Nam ve-
„ rus ornatus maximè Chriſtianorum, & Chri
„ ſtianarum non tantum non eſt ullus fucus
„ mendax, verũ nec auri quidem ueſtis, quàm
„ pompa, ſed mores boni, &c. Diſponit, ideſt

cap. fucare de cõſ. diſt. 5.

ornat

ornat pectora, ideſt membra nullo cultu, ideſt ornatu: tantum, ideſt ſolum ſupple erat ei ueſtis inumbrans, ideſt plana ueſtis, & ſimplex, & iniecta albo crines, ideſt habens crines circumcinctos, ſeu circumligatos, albo tegmine, volens Mariam deſcribere quove habito diſceſſerit, affert pulchram comparationem, dicens ſupple Maria erat talis, qualis ſupple eſt ſtella quæ nitet, ideſt ſplendet, ideſt qualis lucifer que dicitur ſtella, que auroram antegraditur, quę circuit tardam arcton, ideſt unam ex duabus urſis, que dicuntur nunquam occidere: una, ſcilicet ſeptemtrionalis, altera borealis, ſub nocte hyberna, aut reſurgens, ideſt qualis oritur matutina, ideſt aurora matutina aut ubi, ideſt poſtquàm Sol aureus, ideſt fulgens, exit oceano, ideſt cùm ex oceano erigitur, noſtro hemiſphærio præſidet, & quà, ideſt ea parte, qua mouet pedes, ſ. Maria hàc, ideſt ibi terra alma, ideſt altrix ſeu nutrix tellus, vt declarauimus in Comm. 1. miniſtrat, ideſt producit caſiam, ideſt fruticem illam odoris ſuauiſſimi, & uirtutis cynnamomi, que pro & roſas pubentes, ideſt creſcẽtes, ſeu maturas, & hiacynthos męſtos. Eſt autem hiacynthus quaſi lilium rubrum, vt exponit Seruius Narciſſumq;. Narciſſus fertur puer filius fuiſſe Cephiſi amnis, & Lyriopes Nymphæ, qui cum pulchritudine præ

ſtaret

ſtaret à multis amatus fuit Nymphis, & cùm nimio deſiderio potiundæ Nymphæ contabuiſſet, mutatus eſt in florem ſui nominis. Et crocum, ideſt florem qui dicitur Safranũ, & quicquid, ideſt omnes flores quos uer purpureum epitheton eſt, ueris. Nam ueris tempore tellus germinans, campi diuerſimodè floribus pinguntur uariantur, (ſeu ut ita dicamus) purpurantur. hians, ideſt aperiens telluris uirtutem productiuam, ſpirat, ideſt emittit, & quicquid Natura ſuggerit, ideſt, producit, immiſcens varios colores paſſim, per gramina florum, ideſt, per Campos floribus effetos, parte alia vaga flumina, ideſt, defluentia ſiſtunt, ideſt firmant curſus celeres, que pro, & valles cauę exultant, & ſupini colles, ideſt colliculi, & pinus circunſtantes, id eſt arbores, piniferæ ſummittunt culmina, id eſt deflectuntur ex culminibus, Chriſtifera Virgine prætereunte, que pro & germina crebra, ideſt multa erumpũt, ideſt emanant ſeu emittuntur, ex ſupple ſyluis Palmiferis omnia lætantur, ceſſant Euri & Noti: accipiuntur pro omnibus ventis, ceſſat Boreas atrox, ideſt Aquilo tantùm, ideſt ſolùm Zephyri, id eſt venti omnes tenent ręgna per rura florea, quaſi dicat, regnant in terra, & non in aere, vbi regnare ſolent, que pro & mulcent. Cœlum, ideſt placant auris tepentibus,

tibus, id eſt leuibus, & ſuauibus, & quà, id eſt, quoquo modo eis datur, id eſt permiſſum eſt voce, i. murmure ſalutant gradientem. S. Mariam tranſeuntem, quaſi dicat inſtinctu quodam videbantur creatorem noſcere, & eundem murmure ſalutare, vt, ideſt poſtquàm ventum, ſupple fuit, ad ſedes, ideſt ad domū quam Eliſabeth incolebat, cōiunx, id eſt vxor longæua, ideſt anus verendo vultu, id eſt aſpectu venerabilis iuſti ſenis, ideſt Zachariæ, occurrit, ideſt & obuiam atque repentè, ideſt ſtatim plena Deo, ideſt imbuta Dei numine, ſeu virtute, que pro &, concuſſa, ideſt impulſa, & commota ſubito tumultu vteri, ideſt exultatione Pueri in vtero excepit venientem. S. Mariam amplexu, id eſt eam amplectendo, ac infit, ideſt alloquitur talibus ſupple ſermonibus. Credendum Catholicè & proculdubio eſt, prout credimus aſſerimus, & firmiter confitemur prætereunte Virgine Chriſtum in vtero geſtante montes, & valles exultaſſe, flumina curſus ſuos ſiſtiſſe, ventos ceſſaſſe, tellurem germinauiſſe, varia florum genera, & denique arbores ſummiſſas fuiſse, & deflexas, & omnia lætata: cùm haud ſecus Creatorem nouerint incarnatum, nondum ex virginali egreſſum vtero, & exultaüiſse, ac eundem inanimata in cruce mortuum tot, tantisq; ſignis teſtificata fuerint.

O' Deus

O Decus, ò laudis Mulier dux præuia noſtræ,
Cęlitib⁹ ſola humanũ quę digna reperta es
Conciliare genus, cœtusq; attollere ad aſtra
Fœmineos, gremium cuius diuinus obumbrat
Palmes, inexauſtis terras qui compleat uuis:
Quis me, quis tanto ſuperum dignatur honore?
Tu ne procul viſura humiles Regina Penates
Veniſti? tu ne illa mei pulcherrima Regis
Mater ades? viden ut noſtra puer excitus aluo,
Cum mihi uix primas uocis ſonus ambiat aures,
Iam ſalit, & Dominum ceu præcurſurus adorat.
Felix uirgo animi, felix cui tanta mereri.
Credulitas dedit: vna in te nam plena uidebis
Omnia, quæ magni verax tibi dixit Olympi
Aliger, arcano delapſus ab æthere curſu.

O *Decus, ò laudis &c.* } Narratis lætitiæ ſignis ab inanimatis oſtenſis Virgine grauida tranſeunt, oſtendit Eliſabeth gaudium ad ſe eadem aduentante iuxta Euangelica uerba Lucæ (ut diximus) primo, quæ ad verbum hîc ſubdimus. Intrauit in domum Zachariæ & ſalutauit Eliſabeth. & factum eſt ut audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in utero eius, & repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth. & exclamauit uoce magna & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, & unde hoc ut ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enim

Luc. primo cap.

vt facta eſt vox ſalutationis tuæ, in auribus meis, exultauit in gaudio infans, in vtero meo & beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino, &c. & Iuuencus eodem ſuo primo libro ita elegãter ſcribit. *Iuuenc. lib. 1.*

» Illa dehinc rapidis Iudæam paſſibus vrbem
» Zachariæque domum penetrat, grauidamque ſalutat,
» Heliſabeth, clauſæ cui protinus anxia prolis
» Membra vteri gremio motu maiore reſultãt.
» Et ſimul exiluit mater concuſſa tremore
» Diuinæ vocis completa afflamine Sancto,
» Et magnum clamans felix, ò fœmina ſalue
» Felicem geſtans vteri ſinuamine fætum.
» Vnde meã tanto voluit Deus æquus honore
» Illuſtrare domum, quam mater numinis alti
» Viſeret? Ecce meo gaudens in viſcere proles
» Exultat, Mariæ cùm prima afflamina ſenſit.
» Fęlix, quæ credit finem mox affore verbis,
» Quæ Deus ad famulos magnum dignando loquetur. &c.

Ordo eſt, ò Decus, ò Mulier, Dux præuia noſtræ, laudis noſtræ pro meæ, quæ, ſcilicet tu ſola reperta, & ſcilicet a Deo digna conciliare genus humanum cęlitibus, id eſt Deo, & beatis Spiritibus, que pro & tollere, id eſt erigere ad aſtra, id eſt ad cælos cætus fęmineos, id eſt afficere innumeris laudibus fęmineũ genus,

quaſi dicat. Cùm reperta fueris digna Saluatoris Mater, omnes fęminas honore affeciſti maximo, gremium, id eſt ventrem cuius, ſcilicet tuum obumbrat, id eſt obumbrando fæcundat palmes diuinus, id eſt Chriſtus Dei filius, qui ſcilicet palmes compleat, id eſt repleat, & oppleat terras, id eſt totum terrarum orbem, vuis inexauſtis, id eſt gratia ſua, nunquam deficiente, & tanquam torrens exuberante, congruè appellare potuit metaphoricè Poeta Chriſtum diuinum palmitem, cùm patris æterni filius, & trinæ Deitatis ſecunda perſona fuerit, qui tanquàm palmes veræ vitis, id eſt veluti Dei filius verus, produxit fęcundos fructus gratiæ mundo, liberando humanum genus a diabolica ſeruitute, ac ipſemet, tanquàm vitis fęcundauit matrem palmitem ſuum, quæ adeò in eadem vite permanſit, vt multum attulerit fructum, fructum inquam pretioſiſſimum, & gratiæ fluenta, quemadmodum proprio ore Saluator ipſe Ioannis 15. fatetur, dum inquit. Ego ſum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, &c. Quis me ſequitur textus. quis, quis, id eſt quis eſt, qui dignatur me honore diuino dignam. Tu Regina, ſcilicet Maria, ne id eſt ergo veniſti procul viſuta, & vt viſitares humiles penates, id eſt domum hanc humilem, non te dignam,

Ioan.ca. 15.

tu ne, id eſt ergo illa pulcherrima mater mei regis, id eſt creatoris ades? id eſt huc adueniendo videndo, id eſt ecce hoc operatur, iſta adie ctio ſyllabica, vt ponatur pro Ecce: ergo viden, id eſt ecce, vt poſtquàm, id eſt vix ſonus vocis tuæ, ſupple ambiit, id eſt peruenit ad primas aures, id eſt vix ingreſſus erat aures, & ferè ambiendo illas, nondum introierat: cùm puer, ſcilicet Ioannes præcurſor excitus, id eſt impulſus creatoris ſui aduentu, iam ſalit aluo noſtra, id eſt exultando aſſurrexit eidem, & ceu, id eſt veluti præcurſurus, id eſt tanquàm futurus eius præcurſor, adorat: hoc enim præ monitus fuerat Zaccharias ab Angelo, cùm dixit: & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudētiam iuſtorū, &c. Euangeliſtæ teſtimonio ibidem. Itaque in ſuo Cantico ipſemet Zaccharias inde prophe tando dixit; Et tu Puer Propheta altiſſimi vo caberis, præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius, &c. O ſupple virgo felix es animi, & ſupple felix cui, ſcilicet tibi vna credulitas dedit, id eſt conceſſit mereri tanta, id eſt eligi Chriſti matrem: Nam videbis in te omnia plena, id eſt perfici, quæ aliger verus, id eſt Archangelus magni olympi, id eſt cæli delapſus curſu arcano, id eſt inuiſibili (te excepta) omnibus ab æthere, id eſt cælo. q. d. per

ficientur omnia, quæ dicta ſunt tibi ab Angelo, ut habet ibidem textus.

ILLA ſub hæc. Miranda alti quis facta tonãtis
O mater, meritas cælo, quæ tollere laudes
Vox queat? exultant dulci mea pectora motu
Authori tantorum operum, qui me ima tenentem
Indignamq; humilemq; ſuis reſpexit ab aſtris
Munere, quo gentes felix, ecce una per omnes
Iam dicar, nec uana fides, ingentia quando
Ipſe mihi ingenti cumulauit munera dextra
Omnipotens, ſanctumq; eius per ſecula nomen,
Et quæ per magnas clementia dedita terras
Exundat, quæ paſſim omnes ſua iuſſa uenentes
Vſque fouens, nullo neglectos deſerit æuo.
Tum fortem exertans humerũ, dextrãq; coruſcã
Inſanos longè faſtus, menteſq; ſuperbas
Diſpulit, afflixitq; ſuper ſolioq; potentes
Deturbans dedit in præceps, & adima repreſſit,
Extollenſq; humiles, aliena in ſede locauit,
Pauperiemq; famẽq; fugans impleuit egenos
Diuitijs, uacuos, contra, nudoſq; reliquit,
Qui nullas opibus metas poſuere parandis.
Poſtremò ſobolẽ (neq; enim dare maius habebat)
Aeternam genitor ſobolem, ſediſq; priorem
Omnibus; æqualemq; ſibi de ſanguine fidi
Suſcepit pueri (tantis quod honoribus unum
Deerat adhuc) non ille animi morumq; ſuorum

Obli-

Oblitus, quippe id meditans promiſerat olim
Sacrificis proauorum atauis, ſtirpiq; nepotum.
Hæc virgo.

ILLA *ſub hæc, &c.* Narratur hic quomodo reſponſum dederit Virgo Eliſabeth ſuo Cantico, quod ad verbum hic ſubdemus. & Poeta mirè verſificatur, atque nos etiam ſingulos eiuſdem Cantici verſus, prout verba ipſorum carminum ex conſtructione facienda appetere videbuntur, afferemus, & lectori clariſſimè patebunt. Ordo eſt. illa ſcilicet Maria ſub hæc, id eſt poſt hæc iam ad Eliſabeth relata, & præcipuè poſt illa verba iam prædicta, videlicet. Quoniam perficientur in te omnia, quæ dicta ſunt tibi a Domino. ſupple dixit: Quis ò mater, ſcilicet Eliſabeth queat, id eſt poſſit tollere, id eſt referre, ſeu narrare facta miranda, id eſt digna omni admiratione alti tonantis, ſcilicet Dei? quaſi dicat nemo. Quæ vox queat tollere, id eſt etiam laudare, ſeu prodere laudes meritas cælo, quaſi dicat, nemo poteſt narrare laudes, ſcilicet cæleſtes, & Dei incomprehenſibilia iudicia: quamuis ſupple, ſcilicet magnificet anima mea Dominum, & exultant, id eſt iubilant mea pectora, id eſt membra, ſeu cor & ſpiritus dulci motu à Spiritu ſancto cauſato, authori tantorum operum, id eſt exultauit ſpiritus meus in Deo

ſalutari meo. Qui,ſcilicet Deus ab aſtris ſuis, id eſt a cælo,ſeu ab æterno in ſua æternitate, reſpexit me indignam, & humilem, tenẽtem ima,id eſt reſpiciendo me, elegit futuram matrem Chriſti humilem, cùm non tali tantoq; honore digna fuerim, quaſi dicat quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,quo munere; id eſt quo ſpeciali dono medianti iam dicar, id eſt vocer felix vna: Ecce per omnes gentes,id eſt Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Nec vana fides,ſupple eſt mea,quando ipſe omnipotens,id eſt Deus ingenti dextra,id eſt ſua omnipotentia,cumulauit munera ingentia mihi;ſcilicet eligẽdo me (ut diximus) Chriſti matrem,que pro & Sanctum nomen eius per ſecula, id eſt quia fecit mihi magna,qui potens eſt,& ſanctum nomẽ eius,& clementia,ſcilicet miſericordia, ſcilicet eius quæ dedita, id eſt diffuſa per omnes terras exundat qua, ſcilicet miſericordia paſſim vſque, id eſt ſemper fouens, id eſt amplectitur,& veluti fouendo recreat omnes verentes,id eſt timentes ſua iuſſa, nullo æuo, id eſt vnquam vllo tempore deſerit neglectos, id eſt nunquàm negligit ſe timentes, & ſua præcepta obſeruantes,id eſt & miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum Tũ id eſt etiam exertans, id eſt exercens fortem humerum, que pro & coruſcam dextram, id

eſt omnipotẽtiam ſuam diſpulit, id eſt diſper
ſit faſtus longè inſanos, id eſt ſuperbiam hu-
manam,quę pro & ſuperbas mentes,id eſt ela
ta corda & ſuper,id eſt deinde afflixit, & de-
turbans,id eſt trucidando remouit potentes,
id eſt ſuperbos de ſolio, id eſt de elata eorũ
ſuperbia dedit in præceps,id eſt proſtrauit, &
ad nihilum redegit, & repreſſit ad ima, id eſt
ad terram, & extollens humiles, id eſt erigens
locauit in ſede aliena fugans, id eſt expellens
pauperiem, & famem impleuit egenos diui-
tiis,id eſt humiles corde: contra, id eſt è con-
trario reliquit, id eſt dimiſit nudos & vacuos
eos ſupple,qui opibus parandis, id eſt diuitiis
accumulandis poſuere,id eſt conſtituerũt nul
las metas,id eſt terminos ſeu finem, id eſt fe-
cit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuper-
bos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de
ſede,& exaltauit humiles. Eſurientes imple
uit bonis,& diuites dimiſit inanes.Poſtremò,
id eſt tandem genitor, id eſt Pater æternus ſu
ſcepit,id eſt miſit ſobolem, ſobolem inquit i-
terum ad tollendam ambiguitatem, ſcilicet
æternam,id eſt filium ſuum (neque enim ha-
bebat dare maius,) id eſt maius filio ſuo Chri
ſto dare,nec mittere poterat,quę pro & prio-
rem omnibus ſeclis, pro ſeculis, ſcilicet cùm
fuerit Deus & homo & ęqualem ſibi, ſcilicet
ſecundum diuinitatem de ſanguine pueri fi-

di,id eſt ipſummet filium ſibi in diuinitate ęqualem,ſuſcepit ſupple etiam Iſrael, id eſt populus,vt ſibi promiſſum fuerat, quòd ſcilicet filium vnum, ſcilicet ſolum tantis honoribus ſupple affeciſſet,qui ſupple adhuc deerat, quaſi dicat miſit vt morte victa Diabolum ſuperaret infernum confringeret,& patribus ſpoliaret, & denique aſcenderet victoria potitus ad Dei patris dextram. Non ille, ſcilicet pater oblitus, id eſt recordatus animi, que pro & ſuorum morum,id eſt miſerationum,id eſt. ſuſcepit Iſrael puerum ſuum,recordatus miſericordiæ ſuæ.Quippè,id eſt certè meditans id olim promiſerat atauis ſacrificiis pro auorũ, & ſtirpi nepotum, id eſt Abraham, & cæteris Prophetis ſucceſſiuè per ſecula ſingula, & ætates,id eſt. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham,& ſemini eius in ſecula.

HAEC Virgo. At ſenior nullus cui uocis ademptæ
Vſus erat,ſupplex nunc greſſum obſeruat euntis,
Virgineosq; pedes,tactæq; dat oſcula terræ.
Nunc lætus tollit duplices ad ſidera palmas,
Quoque poteſt ſolo teſtatur gaudia nutu,
Oſtenditq; manu uatum tot ſcripta priorum,
Quæ quis, agente Deo, quondã dũ uita manebat
Edidit,& populis liquit celebranda futuris.
Scilicet effuſum tacitis de nubibus imbrem

Lani-

Lanigerum in tergus, germenq; è ſtirpe uetuſtæ
Arboris exurgens, incombuſtumq; ſonoro
Igne rubum: & priſcis ſtellam de patribus ortã.
Quæ dum cuncta graui uenturi haud inſcia uiſu
Percurrit relegens, alto cum corde uolutat;
Conceptus uirgo inſolitos, & ab æthere lapſam
Progeniem pluuiæ in morem, quæ uellere molli
Excepta, haud ullos ſonitus, nec murmura reddit
Seq; rubum, uirgamq; alto, ſe denique miſſam
Sidus grande mari, prorſum agnoſcitq;, uidetq;:
Non tamen auſa loqui, tanto aut ſe dicere dignam
Munere, ſed tacito affectu tibi maximè Diuum
Grates rector agit, mentemq; ad ſidera tollit.

HAEC *uirgo, &c.*] Recitato cantico virgo ob receptum munus, & a Deo mater Domini electa, cum vtero geſtans tacuit. Narrat modò Poeta, quid Zaccharias egerit recedente Maria illinc, pręcipuę amiſſa iam antea voce ob incredulitatem, vt textus refert. Ordo eſt. hæc ſupple dixit virgo, quæ prædicta ſunt. At ſenior, id eſt Zaccharias cui, ſcilicet ſeni vſus nullus erat vocis adẽptæ, id eſt non poterat loqui, ſeu officio vocis fungi, ſupplex nunc obſeruat, id eſt ſequitur, ſeu intentè ſpectat greſſum, id eſt ſemitam eũtis, id eſt Mariæ diſcedentis, que pro & pedes virgineos, & dat oſcula terræ tactæ, ideſt oſculatur terram ab eadem virgine calcatã. Nunc

lætus, id eſt hilaris tollit palmas duplices, id eſt vnà inſimul iunctas manus ad ſidera, & quo, id eſt eo modo quo poteſt, teſtatur, id eſt teſtando fatetur gaudia ſolo nutu, id eſt ſigno cùm ſcilicet loqui non poterat, que pro & manu oſtendit, id eſt porrigit, ſcilicet virgini tot ſcripta priorum vatum, id eſt Prophetarum, quæ ſcilicet ſcripta, ſeu libros Prophetiarum, quis pro aliquis, ſcilicet Prophetarum (Deo agente) ſcilicet Deo vaticinandi vim ei dante quondam edidit, id eſt ſcripſit, dum vita manebat, & liquit celebranda, ſcilicet ea ſcripta populis futuris, ſcilicet vt celebrarentur, prout celebrantur, & obſeruantur. Declarat hic quod erat vaticinium, quod oſtenderat dicẽs ſcilicet. i. ſcire licet ſupple vaticinium illud erat, imbrem effuſum, id eſt pluuiam de cælo deſcendere de tacitis nubibus, id eſt è ſereno cælo in tergus lanigerum, id eſt in vellus, vt
Iud. li. 6 Iud. libr. cap. 6. legitur, & iam ſupra adduximus in Corum. pri. libr. que pro & exurgens, id eſt exoriens germen è ſtirpe arboris vetuſtæ, id eſt egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & Rubum incõbuſtum igne ſonoro, id eſt non eum combu-
Exo. c. 3. rente. vt Exod. cap. 3. Moiſes autem paſcebat oues Ietro ſoceri ſui Sacerdotis Madian, cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb, apparuitque ei

Do-

Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non comburebatur, &c. vt Eccleſia. in Antiphona officij ipſius Chriſtiferæ virginis cantat, & declarat, videlicet, Rubum quem viderat Moiſes incombuſtum conſeruatam agnouimus tuā laudabilem virginitatem, Dei Genitrix intercede pro nobis. Et ſtellam ortam de priſcis patribus. Quæ virgo relegens, id eſt perfectè ſeu benè legens haud inſcia, id eſt veluti ſciēs & non ignorans percurrit, id eſt legendo graui viſu, id eſt acuta oculorum acie cum alto corde, id eſt intenta cordis cogitatione volutat, id eſt conſiderat inſolitos conceptus, & progeniem lapſam ab ęthere, quaſi dicat cogitando mirabatur adhuc concepiſſe, & non ob id virginitatem amiſiſſe: vnde ſubdit iterū ad hoc probandum figuram velleris Gedeonis pluuia madefacti, vt ſupra attulimus, &c. in morem pluuiæ quæ, ſcilicet pluuia excepta molli vellere haud reddit, id eſt emittit vllos ſonitus, nec murmura, quaſi dicat madefecit vellus ſine aliquo nocumento, que pro & Rubum, ſupple non comburi, neque virgam miſſam, denique de alto, ſcilicet cælo, id eſt virtute, & Dei omnipotentia egreſſa de radice illa, ſine etiam læſione, que pro & videt, & agnoſcit prorſum, id eſt etiam grande ſidus, id eſt ſtellam illam mari, id eſt orbi toti lumen diſpar-

ſpargentem: tamen non auſa fuit loqui, aut dĩcere, id eſt vocare ſe dignam tanto munere, quaſi dicat non audebat ſe prænunciare Chriſti matrem, vt ex reali, & effectiua conceptione probauerat, & Prophetarum vaticinio audierat. Sed ſupple ò maxime rector Diuum, id eſt Deorum, id eſt Pater. æterne agit grates, id eſt refert, que pro & tollit, id eſt erigit mentem ad ſidera.

ET iam luna cauũ ter luce repleuerat orbem,
Ter ſolitas de more intrarat cæca latebras:
Cùm uirgo in patriam reditũ parat omnia quãdo
Certa uidet. ſubeunt dilectæ grata parentis
Alloquia: aßuetæq; pijs ſermonibus ædes.
Quæq; ſalutantis uoces, ac uerba miniſtri
Audijt, & primos excepit cella uolatus,
Cella choris ſuperum luſtrata, & cognita cælo.
Ergo iter incæptum charis digreſſa propinquis
Accelerat, relegitq; uiam per nota locorum:
Nec mora, nec requies, uſquam nec lumina flectit
Cælicolum, quamuis ſacro circundata cœtu,
Donec ad optatum peruenit ſedula limen,
Atque ibi dum conſueta ſuo cum pectore uerſat
Gaudia, paulatim maturi tempora uentris
Aduentare uidet. Scires iam numen in illa
Grande tegi, nullos adeò ſentire dolores
Dat ſuperum genitor, nullaq; ex parte grauari.

Et

ET iam luna cauum, &c. Poſt viſitatam Eliſabeth Maria, & Deo ob mirabile munus acceptum relatis laudibus, refertur hic qualiter redierit ad domũ à domo Eliſabeth. Cum qua tribus manſerat menſibus. Ordo eſt igitur. Et iam luna ter repleuerat, id eſt coeundo impleuerat orbem cauum, id eſt circulum, ſeu inſimul cornua, ter de more, id eſt vt ſuus mos eſt. Cæca, id eſt in principio ortus ſui intrarat pro intrauerat, ſolitas latebras, id eſt ter ſe abſconderat ab hemiſphęrio noſtro, vt ſingulis videtur menſibus: cùm virgo parat reditum in patriam, ideſt reuertitur ad domum. Manſit autem Maria cum illa, quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domũ ſuam. Narrat Euangeliſta eodem loco. & Iuuen. eo. quoque 1. ca. ita inquit. *Iuu.c. 1.*

Tunc illic manſit trinos ex ordine menſes,
Ad propriamq; domũ repedat iã certa futuri;

Quando videt, id eſt affirmat, & credit omnia certa ſubeunt, id eſt in mentem veniunt alloquia grata dilectæ parentis, id eſt matris ſuæ Annæ, quę pro & ædes aſſuetæ piis ſermonibus, quos ſcilicet viciſſim ſermocinabantur & quæ, ſcilicet virgo audiit pro audiuit voces ſalutantis, ac verba miniſtri, ſcilicet Archangeli eam ſalutantis, & cella, ſcilicet ſua excepit primos volatus, quaſi dicat ſubiit in mentem etiam ęella, ad quam, ſcilicet Archange-

lus

lus venerat ad eam ſalutandam,cella,ad eam clariùs exprimẽdam iterat, luſtrata choris ſuperum,id eſt cætibus Angelicis, & cognita cæ lo.Ergo digreſſa, id eſt poſtquàm digreſſa fuerat propinquis charis, id eſt cognatis ſpatio trium menſium,accelerat.i. feſtinat iter incæptum, que pro & relegit viam per nota locorum,nec mora ſupple eſt ei,nec vſquam eſt requies,nec flectit lumina,id eſt dormit quamuis ſupple ſit circundata cætu ſacro cælicolum, id eſt comitentur eam cæleſtes Angelici chori, donec ſedula, id eſt ſollicita, & diligens peruenit ad optatum limen,ideſt ſuum diuerſorium, atque ibi dum verſat, id eſt volutat imaginando cum ſuo pectore, id eſt in ſuo corde conſueta gaudia,paulatim videt,id eſt noſcit,& cernit aduentare,id eſt appropinquare tempora ventris maturi, iam ſcires, id eſt quilibet ſcire poterat, ſeu noſcere tegi, îd eſt occultari, ſeu contineri in illa,ſcilicet Maria grande numen, id eſt Chriſtum geſtare.
Genitor ſuperum pro ſuperorum, ideſt Deus omnipotens adeò dat, id eſt permittit, ſeu concedit ſentire nullos dolores, que pro & grauari ex nulla parte: Non enim ſanctiſſima Virgo obnoxia fuit, nec ſubiacuit Dei maledictioni,cui mulieres omnes ſubiacuerũt,& ſubiacebunt,videlicet multiplicabo ærumnas tuas,& conceptus tuos,in dolore paries filios

tuos,

tuos, &c. Cùm ex Spiritusſancto filiũ ſuum conceperit. Gen.3.

INterea terra parta iam pace, mariq;
Auguſtus pater, æratis bella impia portis
Clauſerat,& ualidis arctarat uincta catenis.
Dumq; ſuas regnator opes, uiresq; potentis
Imperij,exauſtasq; Armis ciuilibus urbes
Noſſe cupit, magnum cenſeri iuſſerat orbem,
Deſcribi populos latè,numerumq; referri,
Cunctorum ad ſeſe capitum, quæ maxima tellus
Suſtinet,& rapido complectitur æquore Nereus.
Ergo omnes lex una mouet,ſua nomina mittunt,
Qui montes aurora tuos,regna illa feracis
Armeniæ,qui conualles,atque alta Niphatæ
Saxa tenent,longè pictis gens nota pharetris,
Gens fines luſtrare ſuos,non ſegnis, & arcu,
Qua uagus Euphrates,qua deuius exit Araxes,
Felices tractus,& latè munere Diuum
Conceſſos defendere agros benè olentis amomi.
Cenſetur Tauri,paſſim,cenſetur Amani
Incola,prædatorq; cilix, & Iſaurica quisquis
Rura domat,quicunque tuas Pamphylia ſyluas
Quiq; Lycaoniam,felicia iugera, quique
Flauentem curuis,lyuam perrumpit aratris,
Iam clari bello Leleges, populiq; propinqui
Iuſſa obeunt,gens quæq; ſuo dat nomine ritu,
Qui Ceramon,Bimaremq; Gnidon, quique alta tuentur

Me-

Mœnia diſpoſitis ubi circumſepta columnis
Tollit ſe niuei moles operoſa ſepulchri,
Barbara, quam rapto poſuit Regina marito.
Et quos Mæandri toties ludente recurſu
Vnda rigat, rigat ipſe ſuo mox amne Cayſter,
Herboſo niueas, dum margine paſcit olores.
Quoſque metalliferis ueniẽs Pactolus ab antris
Circuit, & rutila non parcior Hermus arena,
Miſorum manus, omnis, Apollineæq; Celene.
Idaq; , Rhætæeq; arces, celebrataq; Muſis
Pergama, ſigæumq; iugum, Priamieia quondam
Regna armis, Ducibusque Ducum, nunc nota ſepulchrus
Quæ nauta, anguſtum, dum præterit Helleſpõtũ,
Oſtendens ſocijs, hoc inquit, littore flentes
Nereides ſteterant, paſſis cum mæſta capillis
Ipſa ſuum de more Thetis clamarat Achillem.

INTEREA *terra, parta, &c.* } Poſtquàm a uiſitatione cognatæ Eliſabeth. Virgo redijt, adhuc utero geſtans, & ferè appropinquãte partus tempore, pacatoque orbe, ſopitis iã bellis, refert hic Poeta Quomodo Auguſtus deſcriptionem bonorum fieri iuſſerit, in qua deſcriptione multa numerat oppida, urbes, loca, montes, ualles, & maria eius imperio obnoxia ad magnitudinem Imperii denotandam, ut ex conſtructionis ordine liquet. Ordo eſt, Intereà, id eſt dum uirgo iam conceperat, & utero

vtero geſtaret, terra, id eſt in orbe, que pro & mari, pace parta, id eſt regnante, Auguſtus Pater, ſcilicet Cæſar, qui tunc regnabat, clauſerat bella impia portis æratis, & arctarat pro arctauerat, ſcilicet bella vincta catenis validis, id eſt bella amplius non moliebatur, ac veluti emeritus miles non ea exercebat, dum ipſe ſupple regnator, id eſt imperator cupit, id eſt deſiderat noſſe pro noſcere, noſſe infinitiuum a defectiuo noui eſt, ſuas opes, que pro & vires imperij potentis, ſcilicet ſui, & vrbes exauſtas, i. bonis priuatas armis ciuilibus, id eſt ciuilibus bellis, iuſſerat orbem, id eſt mundum magnum cenſeri, id eſt notari, & latè populos deſcribi, id eſt vniuerſalem orbis rempublicã deſcribi, & referre numerum cunctorum capitum ad ſe ſe, vt ſcilicet ſciret, quot hominũ millibus imperaret, quæ ſcilicet capita maxima tellus, id eſt imperium ſuum maximum ſuſtinet, & Nereus, id eſt mare complectitur æquore rapido, id eſt ſua amplitudine. Nereus Deus maris eſt. Oceani & Tethyos filius, ſed hic pro ipſo mari ponitur. Ergo vna lex, id eſt ſanctio, ſeu edictum iuſſu Auguſti Cæſaris propalatum, mouet omnes, vt exiit edictum a Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, &c. vt eo. 2. cap. Iuuen. etiã Poeta. eo. li. ſuo pri. ait. *Luc. c. ij.* *Iuu. c. x.*

Sed cum forte noui capitum diſcuſſio cenſus

Cæſaris Auguſti iuſſis per plurima terræ
Deſcribebatur Syriæ, quam iure regebat
Cyrinus, proprij cui tota per oppida fines
Addebant populi vires, nomenq;, genuſq;.
Vrbs eſt Iudææ, Bethleem, Dauida canorum
Quæ genuit, generis cenſum, quæ iure petebat.
Edidit hic Mariam, Dauidis origine Ioſeph.
Deſponſamque ſibi ſcribens, grauidamq; profeſſus
Hoſpitum amborum Bethlẽ, ſub mœnibus vrbis
Anguſti fuerat per parua habitacula iuris.
Illic virgo nouum, completo tempore fœtum
Edidit, & leni pannoſo tegmine motu
Texit, cui durum cunas præſepe miniſtrat, &c.

Mittunt ſua nomina, id eſt deſcribunt, qui ſcilicet illi, qui ò ſupple aurora tenent, ideſt habitant tuos montes; & illa regna Armeniæ feracis, id eſt fertilis, quaſi dicat obediebant edicto populi orientalis plagæ, & Armeniæ. Armenia eſt regio Aſiæ inter Taurum, & Caucaſum montes ſita, & ſupple tenent, id eſt habitant conualles, i. planiciem illius Armeniæ montibus, & collibus omni parte comprehẽſam, atque alta ſaxa Niphatæ. i. montis illius Armeniæ ſic vocati, appoſitoriè gens nota lõgè. i. multum pharetris pictis, & arcu. i. gens,

quæ

quæ magnoperè armis pictis delectatur, & arcu utitur, gens non ſegnis .i. diligens, & non pigra luſtrare, id eſt circũdare ſuos fines, quà id eſt ea parte, qua vagus Euphrates, id eſt fluuius ille Meſopotamiæ in Paradiſo oriens, & quà .i. ea parte, qua exit Araxes deuius .i. fluuius Armeniæ ſic vocatus felices tractus. i. regiones felices, & latè munera Diuum pro Diuorum conceſſos defendere agros, id eſt ſuas poſſeſſiones, amomi benè olentis. Amomũ eſt arbor odorifera cenſetur .i. includitur, ſeu cogitur, ad hanc deſcriptionem faciendam, incola tauri .i. montis illius Armeniæ, & cenſetur ſupple incola Amani, ſcilicet montis ēt, que pro & Cilix prędator .i. homo è Cilicia ortus, prædator inquit, eò quia Cilices Pyratæ fuerunt, & quiſquis domat .i. poſſidet rura Iſaurica .i. Pamphilia. Eſt autem Iſaurum Pãphiliæ ciuitas. Quicunque ſupple ò Pamphilia per Apoſtrophen aratris curuis perrumpit tuas ſyluas, que pro & ille qui, ſupple habitat Lycaoniam, appoſitoriè felicia iugera. i. fertilia. Lycaonia eſt Aſiæ regio, Cappadocię pars ſecundum Ptolomæum, ad Taurum mõtem pertingens ea in parte, qua Pamphiliæ imminet, que pro & qui perrumpit Lyciam Hauentem, Lycia eſt prouincia, ſeu regio in minori Aſia, & Leleges clari bello, & propinqui populi obeunt iuſſa .i. obediunt edicto, leleges sũt

Errabundi populi,qui quondam Theſſaliam, & diuerſa alia loca tenuerunt, & gens, quæ dat nomina ſuo ritu. i. ſuo more, qui ſcilicet habitant Ceramon, que pro & Gnidon bima rem.i.mari duplici. Gnidon eſt Lyciæ ciuitas, & qui tuentur. i. defendunt alta menia, vbi circumſepta.i. circumuallata diſpoſitis columnis, id eſt columnis ordine benè diſpoſitis,moles. i.ędificium operoſa niuei ſepulchri tollit ſe.i. erigitur, quam ſcilicet molem barbara Regina, hæc barbara Arthemiſia fuit, quæ cùm Mauſolum virum ſuum Cariæ Regem vltra humanæ affectionis fidem amaſſet, eo fato perfuncto,deſiderio mariti flagrans, oſſa,cineremq; eius odoribus miſta, contuſaque in pulueris faciem aquæ indidit ebibitq;. Egregiis quoq; operibus, maximisq; ſumptibus conſeruandæ mariti memoriæ cauſa. Sepulchrum illud memoratiſſimum, quod inter ſeptem mundi miracula,ſeu ſpectacula numerari dignum fuit,curauit ædificandum, vt

Au.Gel. li.x.p.18 Aulus Gellius noct Attic.lib.x.cap.18 & Valerius Maximus.cap.de Arthemiſia, quod incipit ſunt,& alienigeni, &c. Plinius verò in de natural.hiſto.lib.36.cap. 5. Narrat Arthe-

Plin. lib. 36.c.5. miſiam, antequàm ſepulchrum illud memoria dignum perficeretur, obiiſſe & ſupple edictum hoc cogit, & obnoxios reddit ſuæ obedientiæ illos,ſcilicet quos vnda Męandri, ſcilicet

licet fluuii toties ludente recurſu, rigat.i. madefacit, & quos, ſcilicet etiam ipſe Cayſter, ſcilicet fluuius, mox ſuo amne, id eſt ſuo aquæ fluxu rigat.i.inundat, dum margine herboſo, id eſt ripa paſcit olores.i.cygnos niueos, id eſt albos, que pro & illos etiam ſupple quos Pactolus, ſcilicet fluuius venięs ab antris met alliferis circuit. Pactolus Lydiæ flumen eſt aureis arenis, & Hermus.i. fluuius, qui ſuperfuſus campis fertilitatem gignit, vnde fingitur etiam arenas aureas trahere non parcior, id eſt abundans rutila arena.i.aurea, & fulgenti, & omnis manus.i.tota turma, ſeu copia Myſorum.i.Thracum, ſeu Lydorum, & Celenæ Apollineæ.i.vrbs illa Phrygiæ, ſic vocata numero plurali declinatur, que pro & Ida, ſcilicet ille altiſſimus mons, & arces Rętheæ.i. Troyanæ, & Pergama, quæ ſupple fuerunt celebrata Muſis.i. a Poetis, & iugum Sigæum. i. promontorium Troyæ ſic vocatum appoſitoriè, quondam regna Priameia.i.ipſius Priami troyæ regis armis.i.clara armis, que pro & Ducibus nunc nota, ſupple nunc ſepulchris, id eſt hodie etiam extant ibi ſepulchra, quæ ſcilicet regna Troyana nauta.i.quilibet illac tranſięs, dum præterit.i. nauigat Helleſpontum. i. Anguſtum fretum, ab Egæo in Propõtidę, & vbi ſunt illæ anguſtiæ ſeptem tantum ſtadiis Aſiã ab Europa diuidentes, ibi enim Helle in Pon

tum decidit, inde qui priùs pontus dicebatur Helleſpontus vocatus eſt, oſtendens ſociis, inquit. hoc littore Nereides.i. Nymphæ maris Patronymicum eſt à Nereo, ſteterant flentes, id eſt lacrymantes.i.tempore incendii,& ruinæ troyanæ, cùm ipſa Thetis, ſcilicet mæſta paſſis capillis.i.laniatis de more. i. mulierum moris eſt, clamaret ſuum Achillem. Thetis vxor Pelei Regis Theſſaliæ Nerei marini Dei filia,& Achillis mater.

His & Bithynæ claſſes,& Pontica latè
Accedit Regio, paret ſcopuloſa Carambis,
Parendi ſtudio feruet, ſimul alta Sinope,
Feruet Halys; quiq; immenſis procul amnibus auctus,
Cappadocum medios populos diſcriminat Iris,
Thermodoonq; Halybeſq;, attritaq; ſaxa Promotheo.
Præterea, qua ſe Thracum Mauortia tellus
Pandit,& algentē Rhodope procurrit in Aemũ,
Qua Macedum per ſaxa ruit torrentibus undis
Axius, umbroſæq; tegunt Helyachmona ripæ,
Quaq; iacet diris omen Pharſalia bellis,
Et bis Romana ferales clade Philippi
Conueniunt populi certatim, & iuſſa faceßunt.
Vos autem ueſtros his adiunxiſtis alumnos
Vicinæ paſſim uacuis iam mænibus urbes
Antiquæ Graiorum urbes, gens optima morum

For-

Formatrix, clara ingenijs, & fortibus auſis,
Seu quæ littoreos tractus, monteſq; tenetis,
Seu quæ per medias diſperſæ exurgitis undas.

HIs *& Bithyne claſſes, &c.* } Proſequitur narrationem Imperij memorans vltra ſupra enarrata plurima loca, regiones, & oppida, alia quorum incolæ omnes Cæſareæ Sanctioni paruerunt. Ordo eſt. his ſupple ſupradictis regionibus, ſeu populis edicto obedientibus fuerunt claſſes Bithynæ, & minoris Aſiæ, & latè Regio pontica. Eſt autem Pontus Aſiæ Regio paret. i. obedit ſcopula Carambis, eſt promontorium magnum ad ſeptemtrionem porrectum, Scythicæ obiectum inſulæ ſimul, id eſt una alta Sinope feruet. i. ardet ſtudio, id eſt cauſa parendi. i. obediendi. Sinope, ſinopes flectitur, eſt vrbs Ponti, feruet. i. optat cũ feruentia Halys, eſt autem Halys fluuius ex Tauri montis radicibus profluens per Capadociam. Silentio non prætereundum eſt hic, cùm Poeta narret edicto Cæſaris paruiſſe flumina, debere intelligi populos aliquos propè illa loca, montes, & flumina ſupra nominata incolentes. Qui, ſcilicet Halys auctus amnibus immenſis, circumfluentibus procul, Iris, id eſt Iris diſcriminat. i. diuidendo, ſeu perfluendo populos medios Capadocum. i. Capadociæ variat, quaſi dicat illa multiplici a-

quarum copia ex variis fluminibus collecta variatur, ſeu diuerſo colore aquæ efficitur. Quemadmodum Iris, arcus cæleſtis, que pro & Thermodoon.i. fluuius etiam ille Capado ciæ ſic vocatus paret, ſupple & Halybes, & ſa xa attrita Promotheo.i.à Promotheo. Dicitur enim Promotheus, quaſi prouidus, & ma xima vir prudentia, qui primus Aſſyriis Aſtro logiam indicauit, quam reſidēs in mõte Cau caſo nimia cura deprehenderat, hic etiam ob nimiam ingenij excellentiam homines finxiſſe exiſtimatur, & ſimulacrum hominis pri mus de luto molli formauit teſte Ouid. Meta mor.primo.videlicet. Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis, finxit in effigiem mo derantum cuncta Deorum. Præterea qua, id eſt ea parte qua tellus Mauortia Thracum, id eſt Thraciæ.i. Martis pandit ſe, Thrace, Thraces, & Thracia, cæ.declinatur, etiã Thra cia eſt Europæ regio dicta Thracia a Thrace Martis filio & Rhodope.i. mons ille Thraciæ ſic dictus à Rhodope Thracum Regina ibi ſe pulta, procurrit.i. protenditur in Aemum algentem. Eſt autem Aemus mons Thraciæ ec celſitate conſpicuus. Ideo dicit algentem Quà.i. ea parte qua Axius.i. fluuius ille Paphlagonum per Mygdoniam fluens, vndis torrẽtibus, id eſt velocibus ruit.i. perfluit per ſaxa Macedum, Macedon regiuncula Pindi

mon-

montis Theſſaliæ,que pro & ſupple,qui tegūt .i.occupant, ſeu colunt Helyachmona ripæ vmbroſæ.Helyachmona fluuius Macedonię, & qua. i. ea parte qua Pharſalia, appoſitoriè omē,i.prouincia a Pharſalo Duce,quæ primò Aemathia ab Aemathio, poſtea Theſſalia a Theſſalo,deinde a Macedone,Macedonia po ſtremò Philippo Rege campi Philippici,iacet .i.diruta eſt, diris bellis, & bis clade romana Philippi certatim conueniunt. i.illuc concurrunt populi ferales.i.indomiti & feri, ut Lucanus in Pharſal.narrat & faceſſunt iuſſa, Apoſtrophat ad vicinas vrbes campis pharſalicis, dicens,iam ſupple ò vrbes vicinæ paſſim vacuis mœnibus. i. vacua exiſtentia mœnia poſt ruinam adiunxiſtis veſtros alumnos. i. ciues his.ſ.vrbibus,ſeu oppidis, ò vos ſupple vrbes graiorum antiquæ, appoſitoriè gens optima morum formatrix,ingeniis clara, & auſis fortibus.i.inſignis animo,& in gerendis bellis audacia. Nō immeritò Græciam laudibus extollit,fuit etenim ſemper inſignis,& ingenio, & moribus,ſola demum iactat ſapientes illos ſeptem habuiſſe,ſeu vos,ſupple quæ tenetis, id eſt occupatis,ſeu poſſidetis tractus littoreos.i. regiones maritimas, que pro & montes, ſeu quæ diſperſæ. i. diuiſæ exurgitis per medias vndas.

Tum

TVM laus Epiri. qua formidabile nautis
Attollunt ſummo caput Acroceraunia cęlo
Vrget opus, iamq; Alcinoi dat regia cenſum
Illiricæq; manus, implacatiq; Liburni.
Littoraq; Ionio paſſim pulſata profundo.
Nec tu, cui latè imperium terræq;, marisq;
Bellatrix peperit uirtus, & Martius ardor,
Non populos, non ipſa tuas terra inclyta gentes.
Deſcribit, terra una armis, & fæta triumphis,
Vna uiris longè pollens, atque æmula cælo,
Nubiferæ, quàm præruptis anfractibus Alpes
Præcingunt, mediamq; Pater, ſecat Appenninus
Et geminum rapido fluctu circum tonat æquor,
Deſcripſere ſuos (quamuis non axe sub uno)
Hinc Rhenus pater indigenas hinc latior undis
Danubius, qui ſyluarum per uaſta uolutus
Paſcere non populos, non lambere deſinit urbes,
Donec ad optatam rapido uenit agmine Peucen.
Quin & proceras ſcrutatur Gallia ſyluas,
Gallia cæſarijs latio dignata triumphis,
Quam Rhodanus, quam fidit Arar, quam permeat ingens
Sequana, piſcoſoq; interluit amne Garumna.
Tum quas piniferis gentes prærupta Pyrene
Rupibus, herculeas, proſpectat, ad uſq; columnas
Cogit Anas, cogit ripa formoſus utraque
Duria, & albenti Bethys præcinctus oliua,
Auratamq; Tagus uoluens ſub gurgite arenam,

Qui-

Quiq; ſuo terras inſignit nomine Iberus
Parte alia uaſtas circumuocat Aphrica uires.
Getuli, Mauriq; Duces rimantur opaci
Atlantis nemora, & diſperſa mapalia ſyluis.

TVM *laus Epiri, &c.*} Regnorum & oppidorum, ſeu vrbium ſingula nomina, & ea incolentium edicto parentium deſcribit quoque. Ordo eſt. Tum.i.etiam laus Epiri vrget opus.i.incolæ, ſeu regnicolæ Epiri ſanctioni parent.i.coacti ſuut. Eſt autem Epirus Regio, quæ Moloſſa dicta ē, & a Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc verò Albania uocatur. Terminatur Epirus a Septemtrione Macedonia, ab oriente Achaia, ab occidente Ionio mari, ideo laus Epiri dicit, ob amplitudinem eius qua.i.parte qua Acroceraunia.i.mōtes illi excelſi, ſic dicti, inter Armeniam, & Hiberiam. Sic dicti, quòd fulminibus ſæpe infeſtantur attollunt.i.erigunt ſummo cælo, id eſt vſque ad cælum, que pro & iam regia, id eſt regnum Alcinoi.i.Regis iuſtiſſimi, ſic vocati Phæacum dat cenſum.i. tributum, ſeu dat ſe obnoxium deſcriptioni, ſeu edicto, que pro & manus illiricæ. i. populi Illirici, Illyrium, ſeu Illyris eſt regio Epiri contermina, & Liburni.i.populi ex Liburnia regione impacati .i.bello acres, pugnaceſq; mari Graia cū claſſe Liburnos. Lucanus lib. quarto, & littora.i.ma-

ria

ria , ſeu oppida propè littora pulſata paſſim Ionio profundo.i.Adriatico ſinu,ſeu mari, Nec tu cui latè,&c.

Poeta hic apoſtrophat ad Romam , & ut ex carminum ſenſu percipere valemus, nil aliud illorum intellectus redolet , quàm Poetam in nuere velle vrbem ipſam , tanquam Imperij caput omnium, quæ triumpharant maximã , ac tum bellis,tum toga pollẽtem,debere propterea ab Auguſto Cæſare moneri deſcriptio nem faciendam,& non,ut reliquæ regnorum vrbes ſubiici , & coactæ edicto ſe obnoxiam reddi,ut conſtructio liquidabit. Cuius ordo talis eſt.Nec tu ſupple Roma, cui ſcilicet tibi uirtus bellatrix, ſeu ardor Martius ; nam Roma Marti dicatur peperit.i.adiecit, ſeu tradidit latè imperium terræ , que pro & maris , ipſa pro tu ſupple,quare tu una. i. ſola & terra inclyta.i.nobilis armis, & fæta triumphis , id eſt prædita triumphis,quibus potita es,& longè pollens uiris,atque æmula cælo,non deſcribis tuas gentes,quam ſcilicet te alpes nubiferæ.i.altiſſimi montes Italiæ contermini a niuium candore dictæ ſunt, in longitudine centum milia paſſuum patent,præcingunt. i. circundat præruptis anfractibus. i. maximis obſcuris cauernarum receſſibus,& curuis flexibus,in ſe recurrentibus.Gloſſ.Clemen.cap.2. de ſepul. ita declarat dictionem , ſeu uerbum

Glo. cle. c.2. de ſepul.

anfra-

anfractus in verbo, videlicet anfractibus, ut hic inquit, ſic dicti, quia undique frangunt, & dicuntur uiæ aſperæ plenæ diuerticulis, circumfractionibus,& ruinis. Textus verò eo vtitur metaphoricè, dum dicit præsſis radicitus disſidiorum uepribus,& litigiorum anfractibus, omninò ſubductis; ita etiam habetur in cap. quorundam. de elect. libr. 6. inquit ibi textus, dum præcipitanter ruunt in litigiorũ anfractus,&c. que pro & pater Appenninus ſecat mediam. i. mons ille ſic uocatus diuidẽs Italiam, incipienſq; a Genua, & ſupra Carnos incumbit. Sunt autem Carni populi, ſupra quos Appeninus mons, incumbit, & æquor Gemini. i. Thybris fluuius, & mare ipſum rapido fluctu. i. veloci fluxu circumtonat hinc, id eſt ob id Pater Rhenus. i. Galliæ fluuius, ſic vocatus (quamuis non ſub vno Axe). i. non in una eadem regione hinc. i. ob id Danubius . i. Scythiæ fluuius, qui interſecat Romanos Populos, qui uolutus per uaſta ſyluarum, id eſt defluens per uaſtas ſyluas, non deſinit, id eſt ceſſat paſcere populos, & lambere. i. perfluere, ſuper urbes medias fluere, donec agmine rapido, id eſt aquarum veloci curſu peruenit ad optatam Peucen. Peucen eſt parua Inſula in uno oſtiorum Iſtri, ait Plin. li. 4. c. 12. deſcripſere, id eſt notauerunt ſuos. i. litorum nomina incolarum; quin. i. etiam Gallia, ſcilicet

de elect. li. 6.

Pli. li. 4. c. 12.

cet togata Ciſalpina ſcrutatur ſyluas procer-ras.i.etiam ipſa ſuas incolentes ſyluas deſcri-bit. Gallia inquit ad maiorem expreſſionem Galliæ dignata.i.digna Latio in Italiæ illa par-te, in qua oſtia thyberina tryumphis Cæſa-reis.i.vbi Cæſar triumphauit, quam. ſ.Galliã findit, id eſt interſecat Rhodanus, id eſt flu-uius,ſic dictus Galliæ, quem ferunt ex Alpi-bus oriri,quæ Italiam a Gallia diuidunt, non longè a fontibus Rheni, & Danubij,quam .ſ. Galliam, etiam permeat.i. defluens mediam ſecat ingens Arar, per Apocopen pro Araris fluuius Galliæ Lugdunenſis a monte Vogeſo per fines Heduorum,& Sequanorum in Rho danum fluens,quam ſupple findit etiã Sequa na,fluuius ille Belgarum in Gallia, que pro & interluit Garumna piſcoſo amne.i. piſcibus abundante. Garũna fluuius in Gallia Narbo-nenſi,terminans Aquitanos diſtat a Narbone ſtadiis octingẽtis.Gallia triplex fuit. ſ. togata, comata,& braccata. Ciſalpina Gallia dicitur togata,comata Tranſalpina, Gallia braccata Narbonenſis.Tum.i.etiam quas gentes, ideſt illas gentes,quas tenet Pyrene.i.mons ille Hi ſpaniæ Galliam ab Hiſpania diuidens, præru pta,i.maxima rupibus piniferis.i. pinus feren tibus proſpectat.i,ipſa Pyrene, vſque ad colũ nas herculeas,Herculis columnæ fuiſſe perhi bentur in occidente ex montibus duobus ſi-

mul

mul iunctis, & ab ipſo Hercule diuiſis. Alij ferunt Herculis columnas in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas profiſciſci ſolebant, qui nauigationem abſoluiſſent tanquàm Herculi ſacra facientes;cogit Anas, Anas eſt Hiſpaniæ fluuius, Duria.i.fluuius ille Valentiæ proximus, formoſus vtraq; ripa.i. pulcher ripa, vtraque cogit, & Bethys Hiſpaniæ vlterioris fluuius, præcinctus oliua albenti.i.oliuis abundans, & Tagus Luſitaniæ fluuius arenas aureas habens, voluens ſub gurgite.i.uoluens aquæ fluxu arenam auratam, & ſupple ille fluuius Hiſpaniæ dictus Iberus, a quo inde Hiſpania dicta fuit Iberia, qui ſuo nomine inſignit terras.i. Hiſpanias terras alia parte Aphrica. Circumuocat vaſtas vires Getuli, ſcilicet Duces populi illi Getuliæ, que pro & Mauri, id eſt populi Duces Mauritaniæ regionis Aphricæ rimantur, id eſt inueſtigãt ad deſcribendum nemora opaci Atlantis. Atlas mons excelſus Mauritaniæ, ita excelſitudine conſpicuus maxima, vt eius cacumen cerni nequeat. Et Mapalia, id eſt agreſtes caſas diſperſa Syluis, quaſi dicat iuſſit deſcribi ruſticos ruri exiſtentes, & Mapalia habitantes.

Scribitur, & uacuis, ut quiſq; inuectus arenis
Seu paſtor, ſeu ſubcinctis uenator in armis,

Obſer-

Obſeruans ſæuos latebroſa ad teſqua leones,
Maſſyllum quicunque domos,quicunq; repoſtos.
Heſperidum lucos, munitaq; montibus arua
Incolit,& ramis natiuum decutit aurum,
Et qui uertentes immania ſaxa iuuencos
Flectit arans,qua deuictæ Carthaginis arce?
Procubuere, iacentq; infauſto in littore turres
Euerſæ,quantum illa metus,quantũ illa laborũ
Vrbs dedit inſultans Latio,& laurentibus aruis.
Nunc paſſim uix relliquias,uix nomina ſeruans,
Obruitur proprijs non agnoſcenda ruinis
Et quærimur genus infelix humana labare
Membra æuo,cũ regna palã moriãtur & urbes.
Iamq; Macas idem ardor habet, uenere uolentes
Barcæi,uenere ſuis Naſamones ab aruis
Nauifragas qui per ſyrtes,infidaq; circum
Littora,mærentum ſpolijs onerantur, & altos
Inſiliunt,nudi cumulos extantis arenæ,
Inq; ſuas uertunt aliena pericula prædas.
Poſtremò,Pſilli,Garamanticaq; arua tenentes,
Quiq; Cyreneas ſuſpendunt uomere glebas,
Laudataſq; legunt ſuccis præſtantibus herbas
Quiq; Iouis Palmeta,hasbytarumq; receſſus,
Marmaricas,qui latè oras,qui paſcua ſeruant
Aegypti,Meroesq; ſacer,quos Nilus inundat,
Nilus ab æthereo ducens cunabula cælo.

SCRIBITVR *& uacuis,&c.* ʒ Adeò formidabile omnibus fuit generale edictum, vt etiam

etiam ſingulos paſtores, venatores, ſeu quoſlibet alios quocunque pacto ruri exiſtentes coegerit ad ſe deſcribendum. Ordo eſt. & ut, id eſt veluti quiſque inuentus eſt, ſupple, ſeu paſtor vacuis arenis, id eſt vocis agreſtibus, ſeu ſyluis, ſeu venator ſubcinctus, id eſt armatus in armis, obſeruans. i. ſequendo obſeruat ſæuos leones ad latebroſa teſqua. i. loca inculta, ſcribitur. i. notatur quicunque incolit domos .i. loca, ſeu ſedes Maſſylum pro Maſſyliorum. Maſſylia eſt prouincia, quam quidem dicunt Mauris vicinam Getuliæ, & Numidiæ, nec longè abeſſe ab hortis Heſperidum: quicunq; ſupple etiam incolit lucos, id eſt ſyluas, ſeu hortos repoſtos pro repoſitos Heſperidum. Heſperides appellati ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ Aegle, Arethuſa, & Heſperithuſa, quas Poetæ fabulantur, habuiſſe hortos nemore aurifero pretioſos, ubi erat Draco cuſtos peruigil, mala aurea vigilanter obſeruãs, quem interfecit Hercules, pomaque aurea retulit ad uictricum Euryſtheum, que pro & arua munita montibus, & decutit. i. excerpit aurum natiuum ramis. i. è ramis, id eſt colligit aurea poma; & qui, id eſt ille, qui arans ſaxa immania flectit, id eſt domat iuuencos vertentes. i. arantes qua, id eſt ea parte qua, arces Carthaginis deuictæ. i. dirutæ procubuere pro procubuerunt, & turres auerſæ iacent in

littore infauſto.i.infortunato.Deflet hic Poeta humanam miſeriam,& uidetur velle omnibus illudere. Nam cùm omnes moriamur, prout quotidiana experientia admonet, afferens Carthaginis ruinam, tanto magis credimus mundanis repentè perituris, quàm uitã in melius reducamus,mutemuſque,vnde ſubdit,quantum metus illa urbs, & quantum laborum dedit,id eſt paſſa fuit, quaſi dicat maximos inſultans latio, & aruis laurentibus, id eſt Italiæ campis,Laurentum ciuitas eſt Latij non procul a Lauinio,ita dicta a Sylua laurea qua exciſa,ædificata eſt. Nunc paſſim vix ſeruans nomina,& relliquias.i.vix nominantur, & inueniuntur reliquiæ, obruitur.i.contegitur non agnoſcenda propriis, id eſt a propriis ruinis. Et ò ſupple nos appoſitoriè genus infelix,ſcilicet tanquàm morti obnoxium, & variis expoſitum laboribus, quærimur.i.lamentamur membra humana, id eſt corpora labare.i. repentè ruere æuo,id eſt lapſu temporis: cùm palàm regna moriantur, id eſt deſtruantur,& vrbes,que pro & iam idem ardor,id eſt cura habet,id eſt mouet, ſeu ſtimulat Macas, Macæ ſunt populi felicis Arabiæ Nardo Myrrha,& Thure, abundantes: venere pro venerũt uolentes.i. ſponte Barcei, Barce vrbs in arida Lybia, ſic dicta a regina eorum Barce, a qua Barcei incolæ dicti ſunt.Naſamones po

puli Lybiæ,qui ſcilicet, & iam venerunt, illi qui onerantur ſpolijs mærentum.i.naufragiũ patientium per Syrtes naufragas, que pro & circùm infida littora Syrtes ſunt loca circa fines Aphricę, Aegyptum uerſus periculoſiſſima,& nudi inſiliunt.i. ſurſum ſaltant, ſeu intrant altos cumulos arenæ extantis, & vertũt, id eſt commutant ſuas prædas in pericula aliena, quaſi dicat lucrantur alieno naufragio mediante. Poſtremò.i.tandem Pſilli, ſupple venerunt tenentes, id eſt habitantes arua Garamantica. Sunt autem Pſilli populi Lybiæ propè Garamãtes a Pſillo Rege dicti, que pro & illi, ſupple qui ſuſpendunt. i. frangunt vomere glebas, id eſt terras Cyreneas, Cyrene, es,& Cyrene tantum plurali numero, oppidum eſt Lybiæ inclytum, potenſque, Eſtque Cyrene nomen vrbis in Cypro inſula, quam Cyrus condidit, in qua natum putant Simonem patrem Alexandri, & Rufi, vt legitur in Euangelio, & angariauerunt Simonem, prætereuntem quempiam Cyrenęum venientem de villa,vt tolleret crucem eius.Mar. cap.15. *Mar.15* Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem hunc angariauerũt, vt tolleret crucem eius. Matth.cap. 27. & legunt, id eſt colligunt herbas laudatas ſuccis præſtantibus, & qui ſupple incolunt Palmeta Iouis. Palmetum eſt locus palmis conſitus, *Mat.27*

que pro & receſſus.i.loca Hasbytarum. Haſbytæ ſunt Aphrycę interioris populi poſt Naſamones, & Macis finitimi, qui etiam ſupple incolunt oras, id eſt regiones Marmaricas, Marmarica regio eſt Aphricæ, qui ſeruant, id eſt cuſtodiunt paſcua Aegypti, que pro & Meroes, Meroe, Meroes flectitur: eſt inſula Nili metropolis, a qua tota inſula Meroe dicitur, hanc Cambyſes condidit a nomine ſororis Meroe, effodiunt in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidũ multiplex genus quos, ſcilicet Meros, & Aegyptũ ſacer Nilus inundat, Nilus ducens cunabula, id eſt originem ab æthereo cælo, quaſi dicat Nilus ſacer, eo quia numeratur inter fluuios, qui de Paradiſo defluunt.

NEc minus, & caſta ſenior cum Virgine cuſtos
Ibat, ut in patria nomen de more, genuſq;
Ederet, & iuſſum non ſegnis penderet aurum.
Ille domum antiquam, & regnata parentib. arua
Inuiſens, ſecum proauos ex ordine Reges.
Claraq; factaq; Ducum, pulchramque ob origine gentem
Mente recenſebat, tacita, numerumq; ſuorum:
Quamuis tunc pauper, quamuis incognitus ipſis
Agnatis, longè aduenïens explere parabat
Iam fines Galilæa tuos emenſus, & imas

Car-

Carmeli ualles, quæq; altus uertice opacat
Rura Tabor, ſparſamq; iugis Samaritida terram
Palmiferis, Solymas a læua liquerat arces:
Cum ſimul è tumulo muros, ac tecta domorum
Proſpexit, patriæq; agnouit mænia terræ.
Continuò lacrymis urbem ueneratur obortis
Intenditq; manus, & ab imo pectore fatur.

NEc *minus, &c.* Refert hic Poeta Mariam, & Ioſeph obediuiſſe edicto, & ſe vna ad Iudæam contuliſſe, vt profiterentur, vt præallegato cap. 2. Euangeliſta legitur, videlicet. Aſcendit autem, & Ioſeph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quòd eſſet de domo, & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria ſibi deſponſata vxore pregnante, &c. Ordo eſt, Nec minus. i. etiam & ibat Senior, id eſt Ioſeph, cuſtos cum caſta Virgine, vt ederet. i. notaret, ſeu ſcriberet nomen, que pro & gentes, & non ſegnis. i. haud negligens panderet. i. notando manifeſtaret aurum iuſſum, id eſt omnia bona, ut Auguſtus imperauerat, ille ſcilicet Ioſeph inuiſens antiquam domum, id eſt dum ad uidendam domum ambulat, & arua regnata à parentibus. i. patriam, in qua parentes, & prædeceſſores regnauerant, ſecū mente tacita receſ̄ebat. i. narrabat, ſeu ſibiipſi commemorabat reges proauos, id eſt patres

ſuorum auorum paternorum, vel maternorũ, qui fuerant Reges, que pro & clara facta, ideſt geſta Ducum, id eſt primorum Ducum, & pulchram gentem ab origine. i. progeniem nobilem, & regiam ab initio, & numerum ſuorũ, ſcilicet predeceſſorum, ſeu antiquorum, à quibus originem ducebat. Quamuis tunc, ideſt eo tempore pauper ſupple fuerit, quamuis incognitus ipſis agnatis, adueniens ſupple illuc, tamen parabat explere longè, id eſt multum, ſeu quàm optimè: iam ò ſupple Galilæa emenſus, ſcilicet erat tuos fines, id eſt iam peragrauerat, & imas valles Carmeli. Carmelus eſt mons ille prouinciæ Galilææ ad auſtralem plagam, que pro & rura, quæ altus Tabor vertice, id eſt ſublimitate opacat, id eſt obumbrando ſuperat. Tabor mons eſt in medio Galilææ rotundus & ſublimis, & Samaritida ſupple etiam opacat terram ſparſam iugis palmiferis, id eſt arboribus palmarum ibi exiſtentibus, à læua, id eſt a parte ſiniſtra, liquerat arces Solymas, id eſt Hieruſalem vrbem: cùm ſimul, id eſt vna è tumulo, id eſt colle proſpexit muros ac tecta domorum, id eſt domos, & ædificia oppidi, ad quod properabat, & agnouit mænia terræ patriæ, ſcilicet Bethlehem continuò, id eſt ſtatim lachrymis obortis, id eſt lacrymans, veneratur vrbem, que pro & intendit manus, id

eſt

eſt erigit ab imo pectore, id eſt exprimens verba, quæ ex intimo cordis proueniebant, fatur.

Bethlemiæ turres, & non obſcura meorum
Regna patrũ, magniq; olim ſaluete Penates.
Tuq; ò terra parens regum, uiſuraq; Regem
Cui ſol, & gemini famulantur cardinis axes,
Salue iterum. te vana Iouis cunabula Crete
Horreſcet, ponetq; ſuos temeraria faſtus:
Mænia te Dircæa trement, ipſamq; pudebit
Ortygiam geminos Latonæ extollere partus.
Parua loquor, prono ueniet diademate ſupplex
Illa potens rerum, terrarum inclyta Roma,
Et ſeptem geminos ſubmittet ad oſcula montes.
Dixit, & extrema mouit ueſtigia uoce.
Maturatq; uiam ſenior, tardumq; fatigat
Vectorem: & uiſas greſſum molitur ad oras.

BETLEMIAE *turres*, &c.} Antequàm perueniret Ioſeph Bethleem, ad quam vna cùm Virgine ſe conferebat, è colle quodam vnde mænia videri poterant, eadem proſpiciens mænia (uti textus verba proſequuntur) locutus eſt. Ordo eſt igitur, ò ſupple turres Bethlemiæ, id eſt ipſius Bethleem, & regna non obſcura, id eſt non parua humilia, ſeu incognita meorum patrum, id eſt prædeceſſorum, ſeu progenitorum. Obſcurum dicitur

non clarum etiam. Verg. lib. Aeneid. 9. Vidimus obſcuris ſub vallibus vrbem. & idem Aeneid. ſecundo. Obſcura nocte per vmbram. Accipitur etiam pro ignobili. vt Cicero libro primo officiorũ. Qui ſibi magna proponũt obſcuris ortu &c. que pro & Penates. i. Dij domeſtici, olim magni, ſaluete, & tu ò terra parens. i. alumna regum, viſura, id eſtquę videbis regem. i. Chriſtum regum Regem, cui. ſ. Chriſto ſol & axes gemini. i. duo Poli, qui ab vno cardine mundi ad alterum tendunt, cardines. i. cæli famulantur, id eſt deſeruiunt, & obediunt; iterum ſalue, quaſi dicat omnia Chriſto deſeruiunt, & ſubdita ſunt, ſiue uiſibilia, ſiue inuiſibilia: te horreſcet, id eſt timebit Crete appoſitoriè, vana cunabula Iouis, quaſi dicat amplius nõ ſuperbiet, nec ſe iactabit Crete inſula in medio Ponto centum vrbium fama clara, ſic dicta à quodam Iouis filio Crete vocato, que pro & temeraria. i. ſuperba, id eſt glorians magnitudine, ſuaque dignitate ponet, id eſt deponet ſuos faſtus. i. gloriam, ſeu pompas, te trement, id eſt timebunt mænia Dircæa, id eſt Thebana. Thebe ciuitas in Beotia a Cadmo Agenoris filio ædificata, & pudebit ipſam Ortygiã extollere geminos partus Latonæ, quaſi dicat gloriando ſe iactare ibi natos Apollinem, & Dianam fuiſſe; fuit autẽ Latona filia Cæi Titanis, quæ cùm a Ioue amata

Verg. li. 9. & 2.

Cic. li. 1. offi.

mata fuiſſet, compreſſa eſt ex quo geminam concepit prolem Apollinem, videlicet & Dianam, quod Iuno ægrè ferens contra illam Pythonem ſerpẽtem immiſit, qui per totum terrarum orbem pellicem Latonam perſecutus eſt, quæ quidem aufugiendo, atque errando ad ſororem Aſterien in inſulam Ortygiã peruenit, à qua ſuſcepta eſt, ibique Dianam peperit, quæ è veſtigio obſtetricis officium in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcentem ſuſcepit, qui adultus mox Pythonem interfecit, parua loquor ſequuntur textus verba, quaſi dicat Ioſeph, inquiens parua loquor parua ſunt, quæ dixi, ſcilicet omnia cedere velle uenturo Regi Chriſto: cùm Pater æternus omnia poteſtati eius ſubiecerit, ut Pſalmographus inquit Poeta Pſalmo octauo. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues, vniuerſas inſuper, & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Factum eſt autem cùm turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth, & vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum, piſcatores autem deſcendebant, & lauabant retia, aſcendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum a terra recedere puſillum, & ſedens docebat de nauicula turbas, ut ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem, duc in altum

David Pſ. 8.

& la-

& laxate retia veſtra in capturam, & reſpondens Simon dixit illi: pręceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus, in uerbo autem tuo laxabo rete, & cum hoc feciſſent, cõcluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum, &c. Lucas v.

Luc.c.5. Dicit eis Ieſus pueri, nunquid pulmentarium habetis? reſponderunt ei non, dicit eis mittite in dextram nauigij rete, & inuenietis, miſerunt ergo, etiam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium, &c. Ioann. cap. 21. Patet ergo ſubdita fuiſſe, & illi obediuiſſe animalia, & elementa. Sed ad propoſitum, & conſtructionem, que pro & illa Roma inclyta, id eſt nobilis, potens terrarum, & rerũ mũdi caput ſupplex, id eſt humiliter ſupplicando veniet prono diademate, id eſt genua flectens, eius iuriſdictioni ſubmittet, ad oſcula, id eſt oſculando ſeptem geminos montes, id eſt ſuum regnum totum, dixit ſcilicet Ioſeph, & mouit ueſtigia, id eſt gradiri cæpit extrema voce, id eſt poſtquam locutus eſt. Et ſenior, ſcilicet ipſe maturat, id eſt maturè proficiſcitur, & fatigat tardum uectorem, id eſt aſellum, & molitur greſſum, id eſt dirigit ad oras uiſas, id eſt regiones, quas è colle proſpexerat, ſcilicet Bethleem.

ET iam prona dies fluctus urgebat Iberos,
Purpureas pelago nubes, aurũq; relinquens:
Ecce autem magnis plenam cõuentibus urbem,
Protinus ut uenere, extremo limine portæ
Aſpiciunt, miſtum confluxerat undique uulgus,
Turba ingẽs: Credas longinquo ex æquore uectas
Ad merces properaſſe, aut deuaſtantibus arua
Hoſtibus, in tutum trepidos fugiſſe colonos.
Cernere erat, perq; Anfractus, perq; arcta uiarũ
Cuncta repleſſe uiros, confuſoq; ordine matres,
Permiſtos pecori agricolas, hos iungere plauſtra,
Hos intendere uela, alios diſcumbere apertis
Porticibus, reſono compleri cuncta tumultu,
Accenſos uarijs lucere in partibus ignes.
Quæ pater admirans, tacito dum ſingula uiſu
Percurrit, circumq; domos, & limina luſtrat,
Nec ſupereſſe locum tecto uidet, ibimus, inquit
Quo Deus, & quo ſancta uocant oracula patrũ.

ET *iam prona dies, &c.* Dirigentem Ioſeph greſſum Bethleem verſus, & iam eidem appropinquante, narrat modò Poeta ſummam ciuium copiam ad urbis portam cõcurriſſe, variis accenſis luminibus, eò quia ad ueſperaſcerat. Ordo eſt. Et iam dies prona, id eſt inclinata vrgebat, id eſt cooperiebat fluctus Iberos, quaſi dicat inclinauerat ſe ad occaſum. Sol relinquens pelago nubes purpureas,

reas,que pro & aurum,vt ſui moris eſt. Nam ſingulis diebus ad occaſum properans,& è noſtro Hemiſpherio diſcedens,quãdam videtur relinquere purpuream lucem. Ecce autem vt.i.poſtquam Ioſeph ſupple,& Maria venere pro peruenerunt è limine extremo portæ aſpiciunt vrbem plenam magnis conuentibus, id eſt magna populi illius copia ibi congregata, vndique vulgus miſtum appoſit: turba ingẽs confluxerat,id eſt illuc concurrerat : credas ſupple,vt iam quiſque credere, & ſibi perſuadere poterat properaſſe.i. aduentaſſe ad merces vectas ex æquore longinquo, quaſi dicat ita illuc certatim concurrerat, vt nauis mercimonijs onuſta applicuiſſet aliqua, aut turcarum hoſtium ratis ad vrbem oppugnandam, aut erat cernere deuaſtantibus.i.deprædantibus hoſtibus arua,colonos.i.incolas, trepidos fugiſſe in tutum, que pro & per anfractus, id eſt per obſcuros cauernarum receſſus per arcta viarum.i.per calles, viros repleſſe cuncta, ſcilicet fugiendo,& matres.i.mulieres, ordine confuſo agricolas permiſtos pecori, id eſt agricolæ ſe immiſcẽt præ timore pecori: hos iungere plauſtra.i. currus, hos intendere, id eſt extendere vela,alios diſcumbere.i. diuerſis locis accumbere porticibus apertis,cuncta repleri reſono tumultu,id eſt omnia loca,vndique reſonare,ignes accenſos.i.faces, ſeu ce

reos

reos lucere uariis in partibus; quæ omnia,ſcilicet iam dicta Pater, ſcilicet Ioſeph admirãs, dum tacito viſu.i.uiſu tacitus percurrit,id eſt perpendit ſingula, que pro & luſtrat.i.circum ſpicit circumlimina,& domos, videt, nec ſupereſſe locum tecto.i.non habere locum, in quo ſe reciperet cum Virgine;inquit.Ibimus, quo Deus,& quo Sancta oracula. i. uaticinia patrum.i.Prophetarum vocant.i.ſtatuunt, & decernunt.

EST *ſpecus haud ingens paruæ ſub mænibus urbis*
Incertum,manib. ne hominum, genioq; potentis
Naturæ formatus, ut hæc ſpectacula terris
Præberet,tantoſq; diu ſeruatus in uſus
Hoſpitio cœlum acciperet: cui plurima dorſo
Incumbit rupes pendentibus undiq; ſaxis
Aſpera,& exeſa cingunt latera ardua cautes,
Defunctis operum domus haud ingrata colonis.
Huc heros tandem ſuperata ambage uiarum
Sic monitus,ducente Deo,cum coniuge ſancta
Deuenit,multaq; ſenex ſe nocte recepit.
Ac primum ſiccis ramalibus excitus ignem
Stramineoq; toto comitem locat, ægra cubantis
Membra,ſuper ueſtẽ inuoluẽs, mox alligat ipſos
Permulcens,iam non duros, iam ſponte ſequẽtes
Quadrupedes,ut forte aderat fænile ſaligna
Subfultum crate, & palmarum uimine textum.

Eſt

EST *ſpecus, &c.*] Cùm ob populorũ multi-tudinem Ioſeph diuerſorium non ſibi ſuperesſe nouerit diſcedens a Bethleem, ſe ad ſpecum quendam parum ab ea diſtantem cõtulit, ibique ſe recepit, quem Poeta optimè deſcribit, ut textus carmina narrant, quorũ conſtructionis ordo talis eſt. Eſt ſpecus .i. ſpelunca haud ingens. i. paruus ſub mænibus, id eſt ædificiis vrbis paruæ. i. Bethleem, incertũ, ſupple eſt, ne, id eſt vtrum ſupple ſit formatus manibus, id eſt opere manuali hominum, ne .i. vtrum genio, id eſt artificio potentis Naturæ, vt ſupple fuerit talis, vt præberet terris, id eſt mundo hæc ſpectacula, quaſi dicat ſiue hominum manibus, ſiue Naturæ opera formatus fuerit, optimè, & felix vocandus eſt ſpecus; vt dignus Regem, & Saluatorem hoſpitari inuentus ſit, que pro & diu ſeruatus in vſus tantos, id eſt vt eo Redemptor vteretur, acciperet, id eſt reciperet hoſpitio cælum. i. ipsũ cæli opificem cui dorſo. i. dorſo, cuius ſpeci, id eſt parti eius poſteriori rupes aſpera plurima, .i. maxima incumbit. i. imminet, vndique pendentibus ſaxis, & latera ardua. i. aſpera difficilia, & alta, cingunt. i. circuunt cautes exeſæ. i. corroſæ. Domus ſupple erat domus, ſeu ſedes haud ingrata operum colonis defunctis, quaſi dicat coloni rura ipſi ſpeco propinqua incolentes, & arantes, ſolebant illuc diuertere, & ſe

ſe recipere aduesperaſcente ruralibus defuncti, & diurnis operibus. Defungor enim à fungor compoſitum accipitur pro expedio,& finem facio,perago,ceſſo,& liberor ab aliquo munere, ſeu officio, ita Vergilius Aeneid. ſexto. O tandem magni pelagi defunctè periclis. Huc,id eſt ad hunc ſpecum heros,ſcilicet Ioſeph tandem ſuperata ambage uiarum, .i.peracto longo,& laborioſo itinere,ſic monitus,ſupple, vt fuerat ab Angelo in ſomnis, ut diximus, ducente Deo, cum ſancta coniuge, id eſt Virgine deuenit,que pro & Senex.i.Ioſeph ſe recepit multa nocte, id eſt multis noctibus,ibi commoratus fuit,ac excitat.i.incẽdit primum ignem ſiccis ramalibus,id eſt arborum ramis aridis, & locat comitem, id eſt virginem toro ſtramineo, id eſt extructo, ſeu confecto ex ſtramine: ſtramen autem eſt,ſeu ſtramentum, quod ſternitur ex ſtipulis inuoluens veſtem ſuper ægra membra cubantis,id eſt ipſius virginis prægnantis, ſeu ex itineris labore laſſæ. mox, id eſt ſtatim permulcens, id eſt mitigando palpabat, alligat ipſos quadrupedes,ſcilicet Bouem & Aſellum non duros.i.non inuitos,ſeu indomitos, ſed iam ſequentes ſponte,vt.i.quomodo forte aderat fænile.i.locus fæno plenus, ſeu in quo aſſeruabatur fænum ſubfultum.i. materiatũ, ſeu quod ſubſtentabatur crate ſaligna quadã, uti trulla Ver.li.6

ex ſalice,& textum.i.contextum,ſeu conſertũ vimine.i.ligamine palmarum, id eſt palmarũ foliis hoc erat Præſepium,in quo Chriſtus natus iacuit.

NVNC *age caſtalijs,quæ nunquam audita*
ſub antris
Muſarumq; choris celebrata, aut cognita Phœbo
Expediam: uos ſecretos per deuia calles
Cælicolæ nos(ſi merui) monſtrate receſſus
Intactos,uentum ad cunas, & gaudia cœli
Mirandoſq; ortus, & tecta ſonantia ſacro
Vagitu. ſtat ferre pedem, qua nulla priorum
Obuia ſint oculis uatum ueſtigia noſtris.

NVNC *age caſtaliis, &c*]vult hic Poeta cælicolarum auxilium inuocare cũ conditionali illa (ſi merui) mediante,vt etiam in primi huius principio inuocauit, cùm ſibi videatur impoſſibile, & ſuis viribus, quàm arduum,& intollerabile onus tanti, taliſque ortus myſterium,cùm ad Præſepij locum peruẽtum ſit, canere vnde ait, nunc age hortandi aduerbium eſt. Expediam,id eſt dicam quæ .i.ea quæ nunquam audita ſupple fuerunt ſub antris Caſtaliis. Caſtalius fons Caballinus eſt in radicibus Parnaſi Muſis ſacer,à Virgine Caſtalia,quæ Apollinem fugitans præcipitata & in fontem verſa eſt, cuius aquam dicuntur bibe-

bibere Poetæ, ve pro vel celebrata choris.i. à a Choris Muſarum, aut cognita Phæbo; uos Cælicolæ(ſi merui) monſtrate.i.indicate intactos receſſus.i.loca intacta, ſeu condigna, & conuenientia, in quibus mirabilis fætus tantæ virginis edatur. Et ſupple ſecretos calles per deuia.i.loca a recta via remota ventũ eſt, quaſi dicat iam peruenimus ad cunas.i. ad tẽpus, in quo utendum eſt cunis, & gaudia cæli, id eſt nato Puero erit gaudium cælis, & omni populo, que pro & ortus mirandos.i. admiratione dignos, & tecta ſonantia.i. reſonantia ſacro vagitu. Vagitus a vagio, vagis, vagiui pen, prod. Proprium eſt vocis infantium, dum plorant, vnde Eccleſia.in Hymno, quod in Dominica paſſionis canit, ait: Vagit infans inter arcta conditus præſepia. Sed notandum eſt Poetam innuere. uelle hic (prout benè conſiderantibus patebit) meritò oportere inuocationem cùm ſibi adeò ſublime argumentum ſcribendum præſtauerit, quod nemo veterũ Poetarum ingredi auſus fuerit. Ex quo metaphoricè inquit, ſtat ferre pedem.i. decretũ eſt ire, qua.i.ea parte qua nulla veſtigia.i.ſemitarum ſigna priorum vatum.i. Poetarum ſint obuia, .i.obuia fiant noſtris pro meis oculis, quaſi dicat decreui ſubiectum hoc tale diuinũ ſcribere, cùm aliorum Poetarum nemo ſcripſerit. *Eccleſia*

N TEM-

TEMPVS *erat, quo nox tardis inuecta quadrigis*
Nondum ſtelliferi mediam peruenit olympi
Ad metam, & tacito ſcintillant ſidera motu:
Cùm ſyluæq; , urbesq; ſilent, cum feſſa labore
Accipiunt placidos mortalia pectora ſomnos.
Non fera, non uolucris, non picto corpore ſerpens
Dat ſonitum, iamq; in cineres conſederat ignis
Vltimus, & ſera perfuſus membra quiete,
Scrupoſo ſenior caput acclinauerat antro.
Ecce autem nitor ex alto nouus emicat, omnēq;
Exuperat ueniens atræ caliginis umbram,
Auditiq; chori ſuperum, & cæleſtia curuas
Agmiua pulſantum citharas, ac uoce canentum.
Agnouit ſonitum, partuſq; inſtare propinquos
Haud dubijs uirgo ſenſit lætiſſima ſignis.
Protinus erigitur, ſtratis, cæloq; nitentes
Attollit uenerans oculos, ac talia fatur.

TEMPVS *erat, &c.*} Deſcribitur tempus, quo virgo audita Angelorum ſymphonia, & vocum armonia, inſtare partus ſanctiſſimi horam agnouit. Ordo eſt. Erat tempus, quo nox inuecta tardis quadrigis. i. curribus, nōdum peruenit ad mediam metā olympi ſtelliferi. i. fere erat hora noctis media, & ſidera ſcintillant, pro ſcintillabant, ſeu ſplendētes ſcintillare videbantur motu tacito, Cùm

ſyl-

ſyluæ,id eſt nemora, que pro & urbes ſilent, cùm pectora mortalia. i. animalia omnia feſſa labore accipiunt ſomnos placidos. i. quieſcunt dormiendo, fera ſupple aliqua non volucris.i.auis, non ſerpens aliquis picto corpore dat ſonitum. i. vigilando forte ſibilat, & iam vltimus ignis.i. iam ferè ignis, quem ramalibus Ioſeph excitauerat, conſumptus erat, conſederat in cineres.i.conuerſus fuerat, ſeu euaſerat. Et ſenior, ſcilicet Ioſeph, acclinauerat, id eſt declinãdo admouerat caput antro ſcrupoſo.i.lapilloſo. Ecce autem, quaſi dicat extãti tali intempeſtæ noctis ſilẽtio, & Ioſeph dormiente, nouus nitor.i. inſolitus ſplendor ex alto, ſcilicet cælo emicat.i. fulget, que pro & veniens.i.ita ſuperueniens fulgendo exuperat.i. fugat, & penitus expellit vmbram atræ caliginis, id eſt obſcuritatis, & virgo lætiſſima agnouit ſonitum. Chori ſuperum pro ſuperorum auditi, & cæleſtia agmina.i.turmas pulſantũ, pro pulſantium, ſcilicet Angelorum citharas curuas.i.cauas, ac canentum pro canentium voce, & ſignis haud dubiis.i. certis, ſenſit inſtare partus propinquos, id eſt ſe nouit propè paritaram. Protinus.i. ſtatim erigitur, pedibus inſiſtẽs ſtratis.i.è toro ſtramineo, que pro & venerans, id eſt orans attollit nitentes, ideſt pulchros oculos cælo.i.ad cælum, ac fatur talia. Notandum eſt, quòd dictio, que pro & in

dictione omnem, ſuperuacua eſt, additurque ſcandendo verbo exuperat ſequentis uerſus. Et dicitue hipermeter verſus,

OMNIPOTENS *Genitor, magno qui ſidera nutu*
Aerioſq; regis tractus, terraſq; fretumq; :
Ec quid adeſt tempus, quo ſe ſine labe ſerenam
Efferat in lucem ſoboles tua? quo mihi tellus
Rideat, & teneris depingat floribus arua?
En tibi maturos fructus, en redimus ingens
Depoſitum, tu ne qua pio iactura pudori
Obrepat, ſummo defende, & conſule cælo.
Ergo ego te gremio reptantem, & nota petentem
Vbera clare puer, molli ſtudioſa fouebo.
Amplexu. tu blanda tuæ dabis oſcula matri
Adridens, colloq; manum, & puerilia nectes
Brachia: & optatam capies per membra quietē.

OMNIPOTENS *Genitor, &c.* Pollicetur ſe promptam hilaremque æterno Patri virgo appropinquante venerandi partus hora, ac ſe offert parituram filium, quem Spiritu ſancto cooperante conceperat. vnde ait. Ordo eſt. Omnipotens Genitor. i. æterne Pater, qui regis magno nutu. i. potentia ſidera, & tractus Aerios. i Aerias regiones, terras & fretū, id eſt Maria. Ecquid. i. ecce tempus adeſt, quo ſoboles tua. i. filius tuus efferat in ſerenā

lucem

lucem ſine labe.i. ex me oriatur, ſine aliqua corporis mei corruptione, quo tellus rideat mihi,id eſt mihi applaudendo rideat, & lætetur,& depingat. i. ornet arua. i. prata teneris floribus. En,en.i.ecce reddimus tibi fructus maturos,& ingens depoſitum,tu defende, & conſule è ſupple ſummo cælo, ne qua pro aliqua iactura,id eſt diſpendium obrepat.i. noceat pio pudori.i.caſtitati, ſeu virginitati. Ergo ego chare puer.i.fili ſtudioſa.i.ſedula molli amplexu.i. delicato, & ſuaui, fouebo te reptantem gremio. i. ingremio exiſtentem, & petẽtem nota vbera,tu dabis oſcula mihi matri tuæ,que pro & nectes,id eſt implicabis (ut moris,ſcilicet eſt infantium) collo manum, & puerilia brachia, & capies optatam quietem per membra,id eſt ita me amplectens ob dormies.

SIc memorat, fruiturque Deo, comitumque micanti
Agmine,diuinisq; animum concentibus explet.
Atque olli interea reuoluto ſidere felix.
Hora propinquabat. Quis me rapit? accipe uatẽ
Diua tuum, rege Diua tuum feror arduus altas
In nubes; uideo totum deſcendere cælum,
Spectandi excitum ſtudio: da pandere factum
Mirum indictum,inſuetum,ingens: abſiſtite curæ
Degeneres,dum ſacra cano:iam læta laborum.

Iam non tacta metu, ſecli Regina futuri
Stabat adhuc, nihil ipſa ſuo cum corde caducum
Nil mortale putans, illam natuſq; , Paterq; ,
Quiq; prius, quàm Sol cælo, quàm Luna niteret,
Spiritus obſcuras ibat ſuper igneus undas
Stãt circum, & magnis permulcẽs pectora curis:
Prætereà redeunt animo quæcunq; ucrendus
Dixerat interpres; acti ſine pondere menſes,
Seruatuſq; pudor, clauſo cùm protinus aluo,
(O noctem ſuperis lætam, & mortalibus ægris)
Sicut erat folijs, ſtipulaq; innixa rigenti,
Diuinum ſpectante polo, ſpectantibus aſtris,
Edit onus. qualis rorem cum uere tepenti
Per tacitum matutinus deſudat Eous,
Et paſſim teretes lucent per gramina guttæ.
Terra madet: madet aſperſa ſub ueſte uiator
Horridus, & pluuiæ uim non ſenſiße cadentis
Admirans, gelidas udo pede proterit herbas
Mira fides. Puer æthereas iam lucis in auras
Prodierat: fænoq; latus malè fultus agreſti
Impulerat primis reſonum uagitibus antrum.
Alma parens nullos intra præcordia motus,
Aut incurſantes deuexi ponderis ictus
Senſerat: hærebant immotis uiſcera clauſtris.
Haud aliter, quàm cum puram ſpecularia ſolem
Admittunt: Lux ipſa quidem pertrãſit, & omnes
Irrumpens laxat tenebras, & diſcutit umbras,
Illa manent illæſa, haud ulli peruia uento
Non hyemi, radijs, ſed tantum obnoxia Phœbi.

Sic

SIc *memorat, &c.* ʒ Maxima ferri lætitia Mariam,cùm aduenerit iam,& ferè ſibi aderit pariendi hora, refert hic Poeta. Ordo eſt. Sic ſupple virgo memorat, id eſt loquitur,quę pro & fruitur Deo.i.Dei filio,& agmine.i.copia,ſeu turba micanti, id eſt ſplendenti comitum.i.Angelorum, & explet animum diuinis concentibus.i. cantibus, atq; olli pro illi,ſcilicet Mariæ,figura eſt, quæ dicitur Anthiteſis, quæ eſt litteræ pro littera poſitio. Vt o,pro,i,qua frequenter Poetæ vtantur. Interea reuoluto ſidere.i. tranſacto iam tempore, hora ſupple partus fęlix appropinquabat, fingit Poeta hic ſola conſideratione mirãdi partus obſtupeſcere, & penitus videri ſibi uires deficere,cùm præcipuè totam cæleſtem curiã illi præeſſe rapique ad ſublimia, fatetur non vltra pandere,nec ſcribere inſoliti,& ſupernaturalis partus myſterium, niſi ipſamet virgo auxilium præſtet,ſuffrageturque, vnde ait. Quis rapit me?quaſi dicat neſcio, & quid agã cum extra me rapi uidear. O ſupple Diua.i. Virgo accipe tuum vatem, id eſt Poetam,Diua rege tuum, arduus.i. ad ardua, & difficilia feror, & in altas nubes uideo deſcendere totum cælum.i.ſpiritum Beatorum choros excitum.i.motum ſtudio.i.gratia ſpectandi.i.cõtemplaudi.Da,id eſt concede, ſupple mihi pãdere mirum factum,indictum, nunquam di-

ctum,inſuetum,ingens.i. maximum. O ſupple curæ degeneres.i.non ſpirituales,& mundanæ,abſiſtite, id eſt recedite a me ſupple dũ cano ſacra iam læta laborum,iam non tacta.i. mota,ſeu uexata metu ſupple aliquo. Adhuc Regina, ſcilicet virgo ſecli futuri ſtabat, nihil ipſa cum ſuo corde,id eſt in corde, ſeu mente ſua putans.i. cogitans mortale, & caducum, que pro & ſuper illam ibat Pater, Natus.i. & ſpiritus igneus,qui priuſquàm.i.antequã Sol, & Luna niteret. i. ſplenderet cælo. i. in cælo, ibat per undas obſcuras.i.iam regnabat, ſtant circum,& permulcent.i.admonent, & ſedant pectora.i.cor curis magnis.i.diuinis,quaſi dicat Virgini præſidebat tota Trinitas, veluti eiuſdem electo templo. Præterea redeunt animo.i.animo recenſebat, quæcunque interpres verendus.i.Archangelus dixerat.i. narrauerat,& nunciauerat,menſes acti.i.completi, & tranſacti ſine pondere.i.ſine labore, & pudor.i.virginitas ſeruatus. i. non violatus cum aluo clauſa .i.incorrupta,& inuiolata(ò noctẽ exclamat Poeta optimè interpoſita Parentheſi) lætam ſuperis.i.cæleſtibus ſpiritibus, & ægris mortalibus.i.hominibus, quaſi dicat cælo & mundo,ſicut erat ſupple Virgo innixa folijs,& rigenti ſtipula. i. quemadmodum iacebat ſtramineo toro,ſtipulis,& foliis ſtrato, Polo, i. cælo ſpectante,& aſtris ſpectantibus.i.ad

mirantibus cælicolis, & terreſtribus, edit id eſt parturit onus diuinum, ideſt Chriſtum Sal uatorem in lege promiſſum, ſupple erat talis qualis Eous matutinus, id eſt lux illa matuti-na, mane aſſurgens, deſudat. i. madefaciẽs de-ſudat, ſeu diſtillat per tacitum rorem. i. emit-tit cum tepenti vere, id eſt etiam veris tempo re, & paſſim, id eſt vbique guttæ teretes epi-theton guttarum eſt, lucent per gramina, qui bus ſcilicet gramina, ſeu herbæ madefiunt. Terra madet, uiator horridus, id eſt frigore horrens, madet ſub ueſte aſperſa roris illius a-ſperſione, & admirans iam non ſenſiſſe uim pluuiæ cadentis, pede vdo, id eſt pedibus ma defactis, proterit, id eſt calcat herbas gelidas, mira fides ſupple fuit illa, ſcilicet Virginis iã Puer prodierat, id eſt ortus erat, & exierat in auras æthereas lucis malè fultus latus, id eſt habens, ſeu tenens latus, id eſt corpus ſanctiſ-ſimum tenellum fæno fultum agreſti, impule rat, id eſt expleuerat antrum reſonum, id eſt reſonans primis uagitibus, id eſt infantilibus uocibus Alma Parens. i. Virgo Mater intra præcordia. i. in corde, aut ictus incurſantes. i. agitantes, deuexi ponderis, id eſt emisſi fætus ſenſerat nullos motus, viſcera hærebant clau-ſtris immotis. i. aluo exiſtente incorrupta, o-ptima utitur comparatione, ad denotandam virginei partus poſſibilitatem, ſine corruptio-

nis

nis lape, Mariam peperiſſe haud aliter, quàm cùm ſpecularia.i.vitreata è vitreis orbibus facta, quibus in domibus, ſeu domorum feneſtris vtimur. Imbrium, vel frigoris gratia admittunt purum ſolem. i. recipiunt, cùm ſint tranſlucida, ſeu tranſparentia corpora, quidē lux ipſa pertranſit, & irrumpens.i. ingrediens laxat.i.expellit omnes tenebras, & diſcutit, id eſt fugat vmbras, tamen illa ſpecularia, ſcilicet manent illæſa, id eſt non corrupta, haud peruia. i. obnoxia vlli vento non hyemi, ſed tantum ſubdita, ſeu expoſita radiis Phæbi, id eſt ſolaribus. Probat etiam partus poſſibilitatem eleganter, & catholicè, & Chriſtum ex Maria ſemper virgine natum fuiſſe, Spiritus ſancti uirtute. Lex quinta.§. omnes verò.C. de ſumm.trini.& fid.catho. quæ lex eſt epiſtola Iuſtiniani ad Papam, dum ibi dicit. Omnes verò ſacerdotes ſanctæ catholicę, atque Apoſtolicæ eccleſiæ, & Reuerendiſſimi Archimādritæ Sanctorum monaſteriorum ſequentes ſanctitatem ueſtram, & cuſtodientes ſtatum, & vnitatem Sanctarum Dei eccleſiarum, quā habent ab Apoſtolica veſtræ Sanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de Eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit, atque obtinet uno conſenſu, confitentur, & glorificant, prædicātes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unigenitum filium, & verbum Dei, & Dominum

L. 5. §. oēs. C. de ſum. tri. & fi. ca.

no-

noſtrum ante ſęcula, & ſinę tempore de patre natum in vltimis diebus deſcendiſſe de cęlis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & ex Sancta & Glorioſa virgine & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum & crucifixum, vnũ eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum patri, & Sancto ſpiritui, nec enim alium Deum verbum, & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed vnum, atque eundem ipſum conſubſtantialem Patri, ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum, ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem ipſum impaſſibilem Deitate, &c. Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce patris natus orbis conditor, atque ventre virginali caro factus prodiit. Teſtatur quoq; Gratianus.diſtin.2. de conſecr. cap.Re uera, quod eſt Canon 68.in verſicul. Sed quid inquit argumentis utimur? ſuis vtamur exemplis incarnationiſque aſtruamus myſterii veritatem. Nunquid naturæ vſus præſenſit, cùm Dominus Ieſus ex Maria naſceretur, ſi ordinem quærimus, vir miſta fœmina generare conſueuerat, liquet igitur, quòd præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc quod conficimus, corpus ex virgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore; cùm præter naturam ſit ipſe Dominus I

Eccleſia.

Diſt. 2. de. conſ.

partus ex Virgine,&c. Multò plares his, & il lis,quas alibi auctoritates adduximus ad probandam Mariæ virginitatem hic afferre poſſemus,ſed longum, atque ſuperuacuum eſſet recenſere cum Chriſtianis loquamur.

TVNC *puerum tepido genitrix inuoluit amictu*
Exceptumq; ſinu,blandeq; ad pectora preſſum
Detulit in præſepe, hic illum mitia anhelo
Ore fouent,iumenta,ò rerum occulta poteſtas.
Protinus agnoſcẽs Dominum procũbit humi bos
Cernuus,& mora nulla ſimul procumbit aſellus
Submittens caput,& trepidanti poplite adorat.
Fortunati ambo,non uos aut fabula Cretæ
Polluet,antiqui referens mendacia furti,
Sidoniam mare per medium uexiſſe puellam,
Aut ſua dum madidus celebrat portenta Cithærõ
Infames inter Thyrſos ,uinoſaq; ſacra
Arguet obſequio ſenis inſudaſſe profani.
Solis quippe Deum vobis, & pignora cæli
Noſſe datum,ſolis cunabula tanta tueri.
Ergo dum refluo ſtabit circundata fluctu
Terra parens, dum præcipiti uertigine cælum
Voluetur,Romana Pius dum templa ſacerdos
Rite colet,ueſtri ſemper referentur honores,
Semper ueſtra fides noſtris celebrabitur aris.

TVNC

TVNC *puerum tepido, &c.* } Narrat qualiter virgo natum puerum in ſinu fouens,ac ſtrictè amplectẽs inuoluit pallio, quodam calefacto,& in præſepio locauit. Et peperit filium primogenitum ſuum, & pãnis eum inuoluit,& reclinauit eum in præſepio, quia nõ erat ei locus in diuerſorio, ut idem textus dictat. Vagit infans inter arcta cõditus præſepia: membra pannis inuoluta, & crura ſtricta cingit faſcia,&c.inquit Eccleſia,vbi bruta illa duo Dominum agnoſcentia obſequium præſtiterunt,ac ſi rationalia fuiſſent.Ordo eſt. Tunc ſupple nato Chriſto Genitrix,id eſt virgo inuoluit puerum exceptum ſinu.i.quem ſinu exceperat,& amictu circumligando.i.pallio tepido.i.calefacto, que pro & blandè preſſum ad pectora.i.pectori ſuo admotum detulit in præſepe.i.in præſepio locauit. hic, id eſt in præſepio iumenta.i.animalia mitia, ſcilicet bos & aſinus ore anhelo.i.reſpirante fouent illum,ſcilicet puerum. O poteſtas rerum occulta.i. Dei incomprehenſibilis potentia, & penitus inſcrutabilis. Meritò Poeta ita admiratur, cum mitia animalia contemplatur talia creatore gerere obſequia. Dicendum eſt, verumetiam, & cantandum cum eo illud Apoſtoli ad Romanos vndecimo. O altitudo ſapientiæ,& ſcientiæ Dei, quàm incomprehen-

Eccleſia

Pau. ad Rom. 11

ſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Protinus agnoſcens bos cernuus, ideſt humiliter genua flectens Dominum.i. creatorem, procumbit adorando, & mora nulla ſupple fuit, aſellus ſubmittens caput.i. inclinando, procumbit & poplite trepidanti.i.genibus trepidè flexis adorat. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, &c.

Iſa. c. 1. Iſa.cap.primo. Ambo fortunati, ſupple uocari poteſtis reddit rationem Poeta, quare ſint fortunati. Vos fabula Cretæ polluet.i.maculabit, ſeu uobis præferetur referens.i.narrans mendacia, ſcilicet fabuloſa furti antiqui uexiſſe puellam Sidoniam per medium mare, quaſi dicat. Non ideo Cretæ Inſula, ad quam Iupiter appulit rapiens in taurum mutatus (ut Poetarum figmentum dictat) Europam, ad quem taurum alludit Poeta gloriari poterit, nec ille etiam taurus felix uocatur: cum uanũ & poeticum ſit, & poetico more hoc dicatur. Europa Agenoris Phænicum Regis filia fuit quam Iupiter (ut Poetæ tradunt) in bouem transformatus raptam adduxit in Cretam, vt

Ouid. meta. 6. Ouid.metamorph.6.narrat. Aut Cithæron .i.mons ille ita uocatus, dum madidus celebrat ſua portenta.i. Orgia Bacchi inter infames Thyaſos.i.Choreas, que pro & ſacra vinoſa arguet, ſupple vos inſudaſſe.i. eo quia inſudauiſſet obſequio. i. orgiorum obſeruantię

pro-

profani ſenis. i. ipſius Bacchi irreligioſi Cithæron eſt quidam mons alter a Parnaſo, Baccho ſacer, in quo celebrãtur eius orgia. Quippe ſolis vobis datum eſt ſupple. i. conceſſum noſſe Deum, & pignora cæli, id eſt noſcendo filium Dei natum adorare, & vobis etiam tueri, id eſt defendere tanta cunabula. Ergo dum terra parens ſtabit circundata fluctu refluo, id eſt mari, id eſt dum mundus erit, dum cælum voluetur vertigine, id eſt motu ſuo volubili, pręcipiti, id eſt veloci dum Pius Sacerdos .i. Summus Pontifex ritè .i. Chriſtiano, & Catholico ritu colet templa Romana, ſemper veſtri honores referentur, id eſt narrabuntur, & ſemper veſtra fides, id eſt obſequium viua fide informatum celebrabitur noſtris aris, id eſt in noſtris altaribus.

QVIS *tibi tunc animus, quæ ſancto in corde uoluptas*
O Genitrix, cũ muta tuis famulãtia cunis
Ac circum de more ſacros referentia ritus
Aſpiceres, Domino genua inclinare potenti,
Et ſua commotum trahere ad ſpectacula cælum?
Magne Pater, quæ tanta rudes prudentia ſenſus
Leniit? informi tantos quis pectore motus
Exciuit calor, & pecudum in præcordia uenit?
Vt quem non reges, non accepere tot urbes
Non populi, quibus una aras, & ſacra tueri

Cu-

Cura fuit, iam bos torpens, iam ſegnis aſellus
Authorem latè, poßeſſoremq; ſalutent?

QVIS *tibi tunc animus, &c.*] Apoſtrophat ad virginem perinde ac præſentẽ eam interrogaret, quam lętitiam habuerit, & quæ animo gaudia conceperit videns filium in præſepio iacentem à brutis adorari: ex quo inquit. O Genitrix, ſcilicet Maria quis, id eſt qualis animus, tunc ſupple fuit in corde tuo ſancto, quæ uoluptas ſupple etiã fuit, quaſi dicat ſumma, & incredibilis, cùm muta, ſcilicet animalia famulantia .i. quæ uelu ti quodam famulari modo præſidentes ſeruiebant, ſeu obediebant tuis cunis, id eſt tibi in præſepio iacenti, ac referentia i. quæ referebant, ſeu præſtabant circùm ritus ſacros, id eſt ſacrum obſequium de more, vt moris eſt, aſpiceres ſupple dum tu aſpiceres ea, ſcilicet inclinare .i. flectere genua Domino potenti, & trahere cælum commotum ad ſua ſpectacula, quaſi dicat cauſari ob id, Naturam ipſam magnopere admirari, facit etiam Apoſtrophen ad Patrem æternum. Supple ò magne Pater, quæ tanta prudentia leniit, id eſt mitigauit rudes ſenſus, vt videlicet veluti rationales eiſdẽ animalibus fuiſſent, Dominum cognouerint, quis calor, id eſt ſpiritus potens, ſeu urens exciuit, id eſt introduxit tantos motus pectore,

pro pectori informi, id eſt brutali cordi, & uenit in præcordia pecudum, id eſt pecorum, vt ſupple hunc, ſcilicet puerum Chriſtum, quē ſcilicet non accepere, id eſt cognouerunt tot Reges, tot vrbes, & populi, quibus omnibus, ſcilicet vna cura fuit. i. diligentia, ſeu opera tueri. i. defendere aras & ſacra, iam bos torpens. i. piger, & aſellus ſegnis, iam ignarus latè. i. nimium ſalutent authorem. i. Creatorem que pro & poſſeſſorem? Iſrael autem non me cognouit, & populus meus non intellexit: ſequuntur Prophetæ verba huic ſenſui conſonantia ibidem.

VOCIBVS interea ſenſim puerilibus heros
Excitus, ſomnum expulerat, noctemq; fugarat
Ex oculis, iamq; infantem uidet, & uidet ipſam
Maiorem aſpectu, maiori & lumine matrem
Fulgentem, nec quoquam oculos, aut ora mouētē,
Sublimemq; ſolo, ſuperum cingente caterua
Aligera, qualis noſtrum cum tendit in orbem
Purpureis rutilat pennis nitidiſſima Phænix,
Quam uariæ circum uolucres comitantur euntē:
Illa uolans, ſolem natiuo prouocat auro
Fulua caput, caudam & roſeis interlita punctis
Cæruleam, ſtupet ipſa cohors, plauſuq; ſonoro
Per ſudum ſtrepit innumeris exercitus alis.
Miratur lucem inſolitam, miratur ouantes

O Cæli-

Cælicolum cantus ſenior, tum uictus & amens
Attonituſq; animi, tantiſq; ardoribus impar
Corruit, & geminas uultum demiſit in ulnas,
Affuſusq; diu telluri, immobilis hæſit.
Hic illum ſuperi iuxta uidere iacentem,
Vidit Dia Parens, nec longum paſſa ſeniles
Obduci tenebris oculos, dat ſurgere, & ægrum
Suſtentare genu, tremuliſq; inſiſtere plantis,
Diuinoſq; pati uultus, ſuperiq; nitorem
Ignis, & æthereas uibrantia lumina flammas.
Ille ubi paulatim uires, animumq; reſumpſit,
Nodoſo incumbens baculo modulantia primum
Agmina, Reginamq; Deum de more ſalutat.
Mox ipſum accedens præſepe, uluaq; paluſtri
Impoſitum, ſpectans Dominum, terræq; mariſq;
(O timor ò mentis pietas) puerilia membra
Non auſus tractare manu, cunctatur ibi auram,
Inſperatam auram diuino efflantis ab ore,
Ore trahens, ſubito correptus numinis hauſtu,
Afflatuſq; Deo, ſic tandem uoce quieta
Incipit, & lacrymis oculos ſuffundit obortis.

VOCIBVS *interea ſenſim, &c.*] Dormierat adhuc Ioſeph, nec natum viderat Chriſtum, nec naſcentem at infantilibus experrectus inde vagitibus adeò admirans, tremere cæpit, vt extra ſe rapi videretur, nec reſipiuit, niſi hortatus à Virgine. Ordo eſt. Interea heros. i. Ioſeph ſenſim, ideſt paulatim ex

citus

citus.i.experrectus vocibus puerilibus, expulerat ſomnum, que pro & fugauerat noctem ex oculis, quaſi dicat ſatis dormierat, & iam videt, id eſt cernit infantem, & videt ipſam matrem maiorem aſpectu, & maiori lumine fulgentem, id eſt ſplendentem, id eſt pulchrã vltra ſolitam pulchritudinem, nec mouẽtem, id eſt non mouebat, aut conuertebat oculos quoquam aut ora, que pro & ſublimem, id eſt eleuatam ſolo, id eſt a terra cingente ſupple eã circundante aligera caterua ſuperum.i. Angelorum choris, ſupple erat talis, qualis cũ Phænix, id eſt auis toto orbe celeberrima tendit in orbem noſtrum, cum in Arabia naſcatur nitidiſſima rutilat, id eſt ſplendet pennis, colore purpureo, quam euntem variæ volucres circùm comitantur, illa ſcilicet Phænix volans prouocat, id eſt prouocando æquiparat ſolem auro natiuo, id eſt ſui coloris ſplendore: hyperbolica locutio eſt, quę figura hyperbole eſt veritatis exceſſus, vt hic qua figura ſæpe utuntur Poetæ Ouid. epiſtola prima, Frigidius glacie pectus amantis erat. Fulua caput.i. habens caput fuluum, & caudam cæruleam, interlita variè.i. diſtincta punctis.i. maculis roſeis ipſa cohors.i. auium ipſam comitantium ſtupet, que pro & exercitus.i. etiam auium ſtrepit innumeris alis.i. alarum numero per ſudum, id eſt per aerem ſudum propriè eſt pars ſerena

inter nubes: miratur inſolitam lucem Senior, ſcilicet Ioſeph miratur; ouantes cætus cælicolum pro cælicolarum, id eſt Angelorum, tum id eſt deinde victus, & amens quaſi extra mẽtem, que pro & attonitus animi impar, id eſt tanquàm inhabilis tantis ardoribus, id eſt fulgoribus corruit, id eſt decidit, & demiſit vultum, in geminas ulnas, id eſt iunctis curuatim vtriſque brachiis impoſuit vultum, que pro & diu.i.aliquantulo temporis ſpatio affuſus.i. ſtratus telluri, hæſit immobilis; hic Dia parẽs, id eſt virgo vidit illum iacentem, videre etiã ſupple ſuperi, id eſt Angeli, nec ſupple paſſa fuit Maria oculos ſeniles ipſius.ſ.Ioſeph obduci.i.obtenebrari longum.i.diu.dat ſurgere, id eſt concedit ſurgere, & ſuſtentare ægrum genu, & inſiſtere plantis tremulis.i.cruribus trementibus pati diuinos uultus.i. ut intueatur oculorum acie, que pro & nitorem.i. ſplendorem ſuperi ignis.i.cæleſtis luminis, & lumina vibrantia.i.agitantia flammas æthereas.i. Solem, Lunam, & Stellas, ille ſcilicet Ioſeph, vbi .i.poſtquàm reſumpſit paulatim.i. acquiſiuit vires, & animum incumbens.i.innitens pronus nodoſo baculo primùm de more, ut moris eſt. Salutat Reginam.i. virginem Deum.i. ſpirituum cæleſtium, & agmina modulantia, id eſt illorum choros modulantes.i.canentes mox, id eſt ſtatim accedens præſepe, & ſpectans

ctans.i. ſpectando contemplatur Dominum, id eſt Creatorem terræ & maris, totius opificem maximum impoſitum.i. iacētem vlna paluſtri (ò timor, ò mentis pietas) quaſi dicat magnopere timuit Ioſeph, & mentis, ſeu cordis dolore maximo concuſſus fuit, vt loqui minime valuerit, non auſus ſupple adeo obſtupeſcens manu tractare.i. tangere membra infantilia, cunctatur.i. veretur ibi trahens, id eſt imbibens ſe ore auram, rorem, auram iterum inquit, ſcilicet inſpiratam.i. defluentem ab ore diuino efflantis, ſcilicet ipſius Chriſti uirtutē, ſeu fandi uim ei præſtantis: correptus.i. fulcitus, ſeu roboratus hauſtu ſubito numinis, & Deo afflatus.i. repletus, & illuminatus diuino lumine, tandem voce quieta, ſic incipit ſupple loqui, & ſuffundit, id eſt ſpargens oculos obortis lacrymis.

SANCTE puer non te pharijs operoſa columnis
Atria, non uariata Phrygam uelamina textu
Excepere (iaces nullo ſpectabilis auro)
Anguſtum, ſed uix ſtabulum malè cōmoda ſedes,
Et fragiles calami, lectæq; paludibus herbæ
Fortuitum dant ecce torum, laqueata tyrannis
Tecta, & regifico capiant aulæa paratu.
Te pater æterno ſuperum ditauit honore,
Illuſtrans: tibi ſiderei domus aurea cæli
Plaudit, inextinctoq; parat natura triumphos.

Et tamen hanc ſedem Reges,hæc undiq; magni
Antra petent populi,longè quos cærula Calpe
Littore ab occiduo,nigriſq; impellet ab Indis
Sol oriens,quos & Boreas,& feruidus Auſter
Diuerſo inter ſe certantes cardine mittent.
Tu paſtor,tu diſperſas reuocare per agros
Miſſus: oues latè, pectusq; offerre periclis
Prodigus,ah nimium uitæ,per tela,per hoſtes
Obſcurum nemus irrumpens,rabida ora luporũ
Compeſces,ſaturumq; gregem ſub tecta reduces.
O mihi certa fides ſuperum,decus additè terris
Nate Deo,Deus ipſe,æterno è lumine lumen
Te, te ergo,te circum Genitrix,lætiq; miniſtri
Conuiuimus, primiq; tuos celebramus honores
Longaq; perpetuis indicimus orgia faſtis.

SANCTE *Puer,&c.*] Reſumptis,reparatiſq; animi,& corporis viribus, Ioſeph nequaquam lacrymis parcens humiliter nato puero allocutus eſt.Sancte puer.i. Chriſte non ex cepere pro exceperunt te atria .i. magnæ domus,ſeu magna ædificia operoſa colũnis Phariis.i.inſulæ Phariæ, ſeu Pharos, ubi eſt turris ingens à cuius ſimilitudine cæteræ quoq; ſpeculę ſimlem in uſum conſtructæ Phari appellatæ ſunt,non velamina.i.veſtimenta, ſeu tegmina variata textu.i. varia textura diſtincta. (iaces ſpectabilis nullo auro) ſed ecce vix anguſtum ſtabulum.i. paruum prę̨ſepium ſedes

malè

malè commoda,& calami fragiles. i. ſtipulæ, que pro & herbæ lectæ ex paludibus dant torum furtuitum: tecta laqueata.i.variis coloribus,& ſculpturis ornata, & aulæa apparatu regifico .i. vela picturata, & verſicolori textura ſpectabilia, quibus parietes ornantur capiant tyrannos.i.mundanos Reges Pater. ſ.æternus illuſtrans te ditauit honore æterno ſuperum, domus aurea cæli ſiderei.i. ſuperna Hieruſalē plaudit tibi,te expectando, que pro & natura parat triumphos inextinctos.i.æternos, & tamen ſupple quamuis humiliter iaceas in præſepio,vndiq; magni Reges, & magni populi, petent hanc ſedem,& hæc antra. prophetico quidem ſpiritu præuidit Ioſeph oriētales Magos,quos.ſ.populos & Reges cærula Calpe impellet.i.diuidet ab occiduo littore, que pro & nigris Indis . Calpe eſt inſula in occaſu poſt Gades anguſto diſcreta freto, & quos.ſ.populos Sol oriens,& Boreas,& Auſter feruidus inter ſe certantes diuerſo cardine.i. ordine mittent.Tu.ſ.Chriſte ſupple es verus Paſtor miſſus.ſ.ab æterno Patre reuocare.i.ad reuocandum, ſeu congregandum oues diſperſas latè per agros, & offerre.i.ad offerendum pectus periclis.i.ad ferendas penalitates, & denique moriendum.Ah interiectio dolentis eſt. prodigus nimium ſupple es vitę, quaſi dicat non parces vitę tuę,per tela, per hoſtes,irrumpens

obſcurum nemus, compeſces.i. frænabis ora rabida luporum.i.Scribarum, Phariſæorũ, & Iudæorum toti Synagogæ, quę pro & reduces gregem ſaturum.i.humanum genus à diabolica ſeruitute ereptum, & à te liberatũ ſub tecta.i.ad cæleſtem patriam. O certa fides ſuperum pro ſuperorum mihi, quaſi dicat, O Chriſte, quem viua fide confiteor eſſe Dei filium,& mũdi Saluatorem,nate Deo i.ex Deo appoſitoriè decus addite terris.i. qui in mundum veniſti,& ſupple es ipſe Deus, & homo, lumen è lumine æterno: hoc etiam fatẽdo canit Eccleſia in Apoſtolorum Symbolo Deum de Deo,lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero,&c.Ego genitrix,ſcilicet virgo,quę pro & miniſtri.i. Angeli læti circùm te, Te, Te, concinimus,id eſt vnà canimus, quę pro & primi celebramus tuos honores, & indicimus.i.inſtituimus orgia longa.i. ſacrificia perpetuis faſtis,id eſt diebus,quibus perpetuo tibi celebrabitur.

Finis libri Secundi.

EXCELLENTIS DOMINI MIchaelis Calui, artium & Med.Doctoris. Carmen.

Tertia lector auens moneo nunc ſuſcipe chara
Dona tibi quæ offert Lazarus expoſitor.
Poſtremæ ſapiunt, nam ceu bellaria menſæ
Pluſquam cibis aliis, dulcia gutturibus:
Vltima Doctoris ſic commentaria guſtus
Mellifluos reliquis candidiora ferunt.

Excellentis Dom. Vincentij Fornarii, artium & Med.Doctoris. Diſtichon.

Plurima pãdũtur Chriſto hic miracula diua
Pluraq; naturæ per breue pandit opus.

PERQVAM ILLVSTRI D.
Don Carolo Aragonio,& brachiis fortibus Do.& Mæcenati ſuo.

Don Lazarus Cardona. V. I. D. Salutem.

SI *homo, uti rationis particeps, & creaturarum nobiliſſima, in eo quo reliquum animantium genus longè antecellit, non operaretur, adeò ut actiones ipſum ab illis plurimũ differre indicarent, nihil cum hominibus commune habere uideretur: & rationalitas in illo fuiſſet ocioſa. Ego uerò ueluti homo, & qui ab ineunte ætate litteras profeſſus ſum, & in illis uerſando tanquam huic operandi obnoxius legi actionem meam, nunquàm exercere defui; & quoniam ea dignior, maior, & potior, actio eſt, quæ circa aliquod maius, dignius, & ſanctius uerſatur, Ideò ſanctum hoc quod uirgineum partũ celebrat Poema, interpretandum ſuſcepi, & ut Saluatoris noſtri, de cuius natiuitate agitur, gratia confiſus, & eiuſdem Sanctiſſimæ Genitricis, cuius etiam ineffabilis ueneratur partus, præſidio abſolui, & tibi quemadmodum dicandum decreui, dedico. Tu igitur, qui toties efflagitaſti, & iuſſu coegiſti, ut tranſcriberem, cura (ſi modò tanti tibi faciendum uidebitur) ut in lucem prodeat. Vale tui Lazari clypeus, & me ut facis ama.*

Panormi Decimoquarto Calend. Iulij. 1581.

SANNAZARII
DE VIRGINIS PARTV
In Librùm Tertium
DON LAZARI CARDONAE
V. I. D. SICVLI MODICANI
Commentaria.

AVRATVM *interea culmen bipatentis olympi*
Conſcendit genitor, rerũ inuiolata poteſtas,
Læta fouens tacito ſub pectore, mox iubet omnes
Ad ſe, ſe acciri ſuperos, quiq; atria longè
Obſeruant, quiq; arcanis penetralibus aſtant.
Præterea, quos Eoos Aurora per ortus,
Et quos occiduæ propior uidet Heſperus oræ.
Namq; ferunt olim leges cum conderet æquas
Rex

Rex ſuperum, & ualido mũdum ſuſpẽderet axe,
Diuerſas ſtatuiſſe domos diuerſaq; Diuis
Hoſpitia, & dignos meritis tribuiſſe penates.
Ordine cuiq; ſuos illi data tecta frequentant,
Armaq; & æratis affigunt nomina ualuis.
Haud mora fit. celerant iuſſi uolat æthere toto
Cælicolum glomerata manus, pars igne coruſco
Tota rubens, pars ſtelliferis innexa coronis
Ipſe ſedẽs humeris chlamydem fulgẽtibus aptat
Ingentem, & cælum pariter, terraſq; tegentem
Quam quondam (ut perhibent) uigilans noctesq; diesque
Ipſa ſuo neuit rerum natura tonanti.
Adiecitq; ſacræ decus admirabile telæ
Per medium perq; extremas, ſub tegminis oras,
Immortale aurũ intexens, grandesq; ſmaragdos;
Illic nam uaria mundum diſtinxerat arte,
Gnara operum mater, certiſq; elementa figuris,
Et rarum ſpecies, animaſq;, & quicquid ab alta
Fundit mente pater, generis primordia noſtri,
Cernere erat: limum informẽ iam præpete pẽna
Deferri uolucres liquidum per inane uideres:
Iam ſyluis errare feras, pontumq; natari
Piſcibus, & uero credas ſpumeſcere fluctu.
Hic poſtquàm aligeros gemmata ſedilia cætus
Accepere, Pater ſolio ſic infit ab alto.

AVRATVM *interea, &c.* ❡ Nato Saluatore, dum infantilia tenellaque eius mẽbra

bra a Sanctiſſima genitrice diligentiſſime fouerentur, patrem æternum altius cæli culmē conſcendiſſe, omnesq; ſpiritus ſuos miniſtros coràm conueniri iuſſiſſe, quibus ante tribunal præſidentibus, poſt memoratam Luciferi & ſatellitum expulſionem, primorumque parentum pomi vetiti commeſtionem (ut liquidò verba textus aperiunt) ad paſtores certiores faciendos de dominica natiuitate ſe conferre iuſſit. Ordo eſt. Interea.i.nato Chriſto genitor appos: poteſtas inuiolata rerum, id eſt Pater omnipotens. Pater omnipotens cōgruè dicitur inuiolata poteſtas, quaſi dicat poteſtas non violata, non corruptibilis.i.quæ non poteſt corrumpi, nec violari, quemadmodum poteſtates hominum humanæ corrumpūtur, uiolantur, & patiuntur corruptionem, quoniam veræ poteſtates non ſunt. Poteſtas verò Dei ſola eſt vera poteſtas, quæ alterius poteſtati obnoxia non eſt, ſed reliqua omnia poteſtatum nomina (ſi tale nomen habere merētur) eidem ſubdita ſunt, & obediūt, tanquàm omnium creatori, cùm tandem non ſit alia poteſtas. Conſcendit culmen auratum olympi bipatentis, id eſt cæli, fouens læta ſub tacito pectore, mox iubet ſuperos, id eſt ſpiritus cæleſtes acciri, id eſt ad ſe ſe aduocari, que pro & illi, ſupple qui obſeruant longè atria, id eſt ſuperas, & amplas cæleſtes regiones, ſeu ſedes,

qui aſtant, id eſt præſunt arcanis penetralibus, id eſt interioribus, cęli partibus. Praeterea.i.præter hos iam dictos iubet ſupple, acciri quos.i.illos quos Aurora per ortus Eoos. i. in orientali plaga videt, & quos heſperus, id eſt ſtella, quæ cum ſolem ſubſequitur dicitur heſperus propior.i.proximior, ſeu uicinior oræ occiduæ.i.occidentalis regionis, videt. Nã que ferunt.i. loquuntur ſcripturæ ſanctæ, cũ Rex ſuperum.i.Pater ęternus olim conderet, ideſt ſtatueret æquas leges.i.ſancta præcepta, & ſuſpenderet mundum axe valido.i. firmamento ſtabili, ſtatuiſſe diuerſas domos.i. inſtituiſſe, que pro & diuerſa hoſpitia diuis, id eſt ſpiritibus, & cuiq; i.unicuiq; tribuiſſe ſuos, dignos penates.i. ſedes, ſeu loca conueniẽtia meritis ordine, illi.ſ. ſpiritus frequentant, id eſt frequenter colunt tecta data. i. conceſſa; que pro & arma, & affigunt nomina ualuis ęratis, quaſi dicat quiſq; loco ſibi conceſſo contentus fruitur, haud mora fit iuſſi ſupple poſt quàm fuerunt, ſeu offerri, & ad eum ſe cõferri celerant.i.properè uadunt: manus.i.turma, ſeu chorus cęlicolum pro cęlicolarum glomerata.i.vnita, & congregata, volat toto æthere. Pars.ſ.illorum tota ſupple eſt rubens igne coruſco, pars, innexa.i.prædita, ſeu ornata coronis ſtelliferis, ipſe.ſ. Pater omnipotens ſedens aptat chlamydem ingentem humeris fulgen-

tibus

tibus tegentem, id eſt cooperientem cælum, que pro & terras.i.mundum, quam.ſ.chlamydem (ut perhibent) quondam ipſa natura rerum.i.ipſemet Pater, qui natura naturatus dicitur, uigilans. noctes, que pro & dies neuit ſuo tonanti.i.ſibimet, & adiecit.i.adiunxit decus.i.ornamentum ſacræ telæ per medium, & per extremas oras, i. per extremas fimbrias ſubtegminis intexens aurum immortale, & grandes ſmaragdos.i.gemmas. Nam ſupple illa.ſ.natura gnara.i. perita mater operum illic .i.in illa chlamyde, ſeu veſte diſtinxerat, ideſt diſtinctè pinxerat arte uaria mundum, que pro & elementa certis figuris, & ſpeciès rerũ, & animas, & quicquid Pater.ſ.æternus fundit ab alta mente a ſua fœcunda memoria. Cernere erat limum informem. i.primum parentem de limo terræ formatum appoſit: primordia generis noſtri, iam videres, id eſt quilibet videre poterat uolucres.i. aues præpete pēna deferri per liquidum inane.i.per aerem, iam errare feras ſyluis.i.per ſyluas, & pontum natari piſcibus.ſ.a piſcibus, & credas ſpumeſcere vero fluctu: hic poſtquàm ſedilia gemmata .i.ornata, & ſtellata accepere pro acceperunt cætus aligeros.i.ſpiritus, & Angelorum choros Pater ſic infit.i.locutus eſt ab alto ſolio. Hæc omnia ſupra narrata intelligenda ſunt metaphoricè.i. poſtquàm Deus omnipotētia

ſua

ſua,tanquàm opifex maximus creauit omnia, quorum Dominus eſt,& eidem obediunt veluti authori,& creatori,quemadmodum in oratione Mardochæus confitetur, dum 13.ca. Eſther dixit. Domine Rex omnipotens in ditione enim tua cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare Iſrael,tu feciſti cælum, & terram, & quicquid cæli ambitu cõtinetur Dominus omnium es,nec eſt, qui reſiſtat maieſtati tuæ &c.

AETHEREI *Proceres (neque enim ignoratis & auſus*
Infandos,dirumq; acies ſuper aſtra frementes)
Si mecum iuuat,antiquos ab origine motus
Inſpicere, & ueterum pariter meminiſſe laborũ:
Quãdoquidem hæc uobis peperit uictoria laudẽ,
Huc animos,huc pacatas aduertite mentes.
Vos,cum omne arderet cælum ſeruilibus armis,
Arctoumq; furor pertenderet impius axem
Scandere, & ingelidos regnum trãsferre triones,
Fida manus mecum manſiſtis,& ultima tandem
Experti,cælo uictricia ſigna tuliſtis,
Aeternumq; alta fixiſtis in arce trophæum.
Quos ego pro meritis inſigni munere palmæ
Donaui,regniq; in partem,operumq; recepi,
Præcipuosq; habui,lectoſq; ad iuſſa miniſtros.
Vſque adeo fixa antiqui ſtat gratia facti,
Nec

Nec minus, & noſtras audiſtis ſæpe querelas
Vidiſtiſq; graues flammati pectoris æſtus,
Tunc cum prima nouas egit dementia gentes
Arboris auricomæ cæleſtia carpere poma,
Poma graui ſeros guſtu læſura nepotes.
Munere quin ſuperum indignas ſpoliaſtis, & umbra
Sacrorum latè nemorum, aſſiduoq; labore
Mulctaſtis miſeras, uitæ & breuioribus annis.
Quid repetam ueteri ſumptas de crimine pœnas?
Exiliumq; informe Erebi, tenebraſq; repoſtas?
Quæ tacito mecum ſpectaſtis lumine, & iidem
Terrarum ſortem mæſti indoluiſtis acerbam:
Aut etiam, ut noſtri longo poſt tempore tandem
Pectoris indomitas clementia uicerit iras?
Viſq; arcana leues ſenſim demiſſa per auras
Fœcundam intactæ compleuit Virginis aluum?
An temere hoc, nullaq; actum ratione putatis?
Quippe ita manſuras decuit me ponere leges,
Quo terræq;, Poluſq; homines diuiq; uiciſſim
Fœderibus ſtarent certis, & pignore tanto
Seruarent memorem cognatæ ſtirpis amorem.
Quare agite, & iam nũc humana capeſſite fata,
Ac primum duris parui ſub cautibus antri
Gramineos luſtrate toros luſtrate beatam
Pauperibus ſedem calamis, cunctiſq; recentes
Submiſſi cunas accedite, dum pia mater
Complexu in molli natum fouet, ubera pernox
Indulgens teneris pueri rorantia labris,

Nec procul in ſtipula demiſſo pectore mutum
Procumbit pecus, & domini ueſtigia lambens
Peruigilat, longos fundit, dum tibia cantus.
Hic fauſtos ortus pueri; noctemq; uerendam
Diſcurſu per inane leui, paſſimq; canoris
Laudibus excipite, & plauſu celebrate fauētes,
Omnia felicem uentura in ſecula pacem
Certatimq; renaſcentis cunabula mundi,
Victum anguem, uictūq; anguis furiale uenenū.
Sic placitum, ſic auerſos coniungere terris
Cælicolas, ſic ferre homines ad ſidera certum eſt.

AETHEREI *proceres, &c.* } Congregatis ſpirituum choris, ante æterni Patris tribunal aſtantibus, ita exorſus idem eſt loqui. Ordo eſt. Aetherei proceres; vocat ſpiritus proceres nobiles, qui prȩſunt curiȩ alicui, hi verò qui cæleſti curiæ præſident, nobiliores aliis ſunt, & dignius nobilitatis nomē merentur, & præ cæteris nobilius: cùm non mūdanorum Principum, & Regum, vbi qui prȩſunt mollibus veſtiuntur, & arundini vēto agitatæ aſſimilantur, at Principis Principum, & Regis Regum, & omnium Domini creatoris & opificis curiæ præſunt, (neque enim ignoratis.i.iam ſcitis auſus infandos, que pro & acies frementes ſupra aſtra, id eſt in cælo dirū prō dirè, id eſt legionem ſpirituum Luciferū, ſequentem. ſi iuuat.i.delectat inſpicere.i. con

ſiderare

ſiderare antiquos motus ab origine, & pariter meminiſſe veterum laborum, quandoquidem hæc victoria peperit vobis laudem, vos aduertite animos huc, id eſt ad hoc, huc aduertite mentes pacatas, id eſt pacati, & quieti intelligite. Cùm omne cælum, id eſt totum arderet armis ſeruilibus, id eſt rebellis legionis furore, que pro & impius furor, id eſt Lucifer pertenderet ſcandere axem Arctoum .i. ponere ſedem in Aquilone, & transferre regnum, id eſt gelidos triones. Triones ſunt ſeptẽ ſtellæ verſus Aquilonem, circulumq; hyemalem ſitæ, ſidus illud conficientes, quod Græci Arcton vocant, noſtri vrſam, & Plauſtrum appellant, quaſi dicat conabatur Lucifer cælo regnare, eidemque dominari; vos ſupple tãquã fida manus, id eſt cohors manſiſtis mecum, & tandem experti ſupple fuiſtis ultima, tuliſtis ſigna uictricia cælo & fixiſtis, id eſt collocaſtis, ſeu ſtatuiſtis æternum trophęum, id eſt ſpolium ſeu uexillum ab inimicis ereptum, trophæum dicitur uictoria potita, ſeu obtenta, quos ſcilicet vos, ego pro meritis donaui .i. accumulaui inſigni munere palmæ, id eſt victoriæ, que pro & recepi in partem regni, & operum, & habui pręcipuos, & miniſtros lectos, id eſt electos ad iuſſa: vſque adeò gratia antiqui facti ſtat fixa, quaſi dicat nõ ſum adeò immemor à uobis geſtorum, ſed memoria te-

neo,nec minus,id eſt etiam audiſtis ſæpe querelas, & vidiſtis æſtus graues pectoris. i. cordis inflãmati. Tunc cum prima dementia, ſcilicet qua motus fuit Adam, egit nouas gẽtes, id eſt ipſum & Euam primos parentes mouit carpere, id eſt colligere, & comedere, poſtea poma cæleſtia, ſcilicet vetita a me arboris auricomæ, id eſt ſcientię boni & mali. ut Geneſ. cap. 3. & etiam in comment. 1. diximus: Poma inquit iterum læſura nepotes graui guſtu, quaſi dicat ex pomi uetiti commiſtione intrauit mors, & Protoplaſti peccatum polluit poſteritatem totam. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Paul. ad Roma. quinto. Quin, id eſt ut ſpoliaſtis, id eſt priuaſtis indignas, ſcilicet gentes primas munere ſuperum, & umbra nemorũ latè ſacrorum, id eſt immortalitate commiſſo peccato inobedientiæ, & Paradiſi poſſeſſione delitiis, que pro & mulctaſtis miſeras aſſiduo labore, & annis uitę breuioribus, ſcilicet cum Deus dixit in ſudore uultus tui veſceris pane tuo Adæ, & Euæ: in dolore paries filios. Quid repetam, id eſt quare repetam pænas ſumptas .i. paſſas, de crimine veteri? & informe exiliũ Erebi. i. inferni tormenta, & ſupplicia, quæ poſt commiſſum peccatum, tanquàm ibidem de-

deſtinati,& relegati patiebantur, & tenebras repoſtas pro repoſitas? quæ mecum tacito lumine, id eſt tacitè aſpicientes ſpectaſtis, tanquam ſpectaculum,& ijdem, ſcilicet voſmet mæſti indoluiſtis, id eſt dolendo triſtati fuiſtis acerbam ſortem terrarum, id eſt peccatũ, quod totum mortale genus fædauit, aut etiã nouiſtis, vt id eſt quomodo longo tempore poſt clementia, id eſt miſericordia; tandem vicerit, id eſt ſuperauerit iras indomitas noſtri pro mei pectoris,id eſt cordis, quę pro & uis arcana demiſſa, id eſt Spiritus ſanctus ſenſim, id eſt paulatim per aures leues compleurit pro compleuerit aluum fęcundam intactę Virginis,id eſt immaculatæ? An ſupple utrũ putatis hoc, ſcilicet fuiſſe factum temerè, id eſt incaſſum,& actum nulla ratione?quaſi dicat non quippe decuit,id eſt conueniens fuit ita me ponere,id eſt ſtatuere leges manſuras, ſcilicet perpetuò.quo id eſt ob id terræ, id eſt mundus, polum.i.cælum homines.i. poſteritas tota;& diui uiciſſim ſtarent, id eſt uiuerẽt certis fęderibus.i.legibus, & pactis, & tanto pignore ſeruarent amorem memorem ſtirpis cognatæ, quaſi dicat ut recordantes antiqui parentum peccati,illius labe polluti, & morti obnoxij,ſemper eius memores,& redemptionis media dominica incarnatione factæ, canant cum eccleſia: O felix culpa, quæ talem

& tantum meruiſti habere redemptorem. Quare agite aduerbium hortandi, & iã nunc capeſſite humana fata, ac primum, i. ſtatim lu ſtrate, id eſt accedite toros gramineos, id eſt præſepium gramine ſtratum ſub cautibus, id eſt rupibus duris antri parui, luſtrate beatam ſedem calamis pauperibus, pauperibus adiectiui loco ſtat, fungitur vice illorum nominũ, quæ non perpetuò ſunt ſubſtantiua, ſed in recto aliquando tantum, & in obliquis adiectiua ſunt, vt aliàs declarauimus. Inueniuntur attamen in recto adiectiui uice fungi, ut Poetæ frequenter utuntur. & Ouid. Metamorph. primo dixit. Nec tantum ſegetes alimentaq; debita diues, poſcebatur humus, &c. que pro & cuncti, id eſt omnes vos ſubmiſſi, id eſt humiles, & proſtrati accedite ad cunas recẽtes, dum pia mater fouet in molli complexu natum pernox, id eſt vigilans indulgens eiuſdẽ curæ, & regimini præbet ubera rorantia. i. lacte, exuberantia & ſtillãtia labris teneris pueri, nec procul, id eſt non longè, ſed propè præſepium procumbit. i. genibus flexis mutum animal pecus demiſſo pectore in ſtipula, id eſt declinando caput, ore puerum fouet in præſepio ſtipulis ſtrato, & lambens veſtigia Domini, id eſt creatoris Chriſti peruigilat, dum tibia fundit, id eſt reſonat largos cantus. hic id eſt in iſto loco paſſim leui diſcurſu, id eſt volatu,

Oui. Metam. I.

latu,ſeu greſſu per inane, id eſt per aerem canoris laudibus excipite,id eſt veneramini fauſtos.i.felices ortus pueri, id eſt natiuitatem, que pro & venerandam noctem, & fauentes plauſu, id eſt lætitiæ maximæ ſigno celebrate pacem felicem in ſecula omnia ventura, & certatim cunabula,id eſt principia mundi renaſcentis, id eſt quòd Chriſto nato introducta fuit noua lex, ſcilicet Euangelica, & ſupple nunciate anguem uictum, id eſt Diabolum ſuperatum,& mortem,& venenum furiale anguis;id eſt ſerpentis uictum. Sic placitũ, & ſic certum eſt. ſupple mihi coniungere cælicolas auerſos terris, id eſt patres ſanctos in limbo exiſtentes, & ferre homines ad ſidera. Notandum eſt attamen, quod Chriſto nato experrectus Ioſeph, vidit cælicolarum catervam circuiſſe, ut Poeta in fine ſecundi teſtatur,quos quidem nos dicimus fuiſſe ſimpliciter beatos ſpiritus,hos verò qui a Patre æterno miſſi ſunt ad præſepe, & ad paſtoribus nũciandam Chriſti infantis natiuitatem Archãgeli nuncupantur: cùm omnes ſpiritus uocẽtur, Angeli verò cum aliquid nunciant, & ad nunciandum mittuntur, qui ſumma verò nũciant archangeli,ut exponit Gregorius,quam quidem ſentẽtiam, ſeu expoſitionem in commentarijs primis poſuimus.

HAEC ubi dicta, nouum ſuperis inſpirat amorem,
Quo ſubito ueteres deponant pectoris iras
Obliti ſcelerum, patriſq; exempla ſecuti,
Terrarum flagrent ſtudio, & mortalia curent.
Nec mora, lætitiam choreis tum forte uacantem
Aduocat, hæc magni motuſq;, animoſq; tonantis
Temperat, & uultum diſcuſſa nube ſerenat.
Lætitiam, quæ cælicolum per limina ſemper
Diſcurſat, raroq; imas petit hoſpita terras,
Curarumq; expers, lacrymasq; exoſa uirago
Exultat, totoq; abigit ſuſpiria cælo.
Vt ſtetit ante Patrem, terraſq; accedere iuſſa eſt,
Mobilibus pictas humeris accommodat alas,
Lenimenq; uiæ comites uocat ilicet adſunt
Iucundæ uiſu facies, cantuſq; choriq;,
Gaudiaq;, plauſuſq;, & honeſtis ignibus ardens
Rectus Amor, quē nuda fides, ſpesq; inſcia luctus
Vadentem mira unanimes pietate ſorores
Obſeruant, ſequitur mox inculpata uoluptas.
Gratiaq; & niueam ſuadens concordia pacem.
Cumq; propinquaſſet portæ, quæ maxima cælo
Dicitur, æternumq; micat radiata coruſcis
Aſtrorum ſignis, quando mortalibus ægris
Dant nimbos aliæ, & damnant caligine terras,
Succinctæ occurrunt horæ, properantibus alis,
Inſomnes horæ, namq; his fulgentia diuum
Limina, & ingentis cuſtodia credita cæli.

Pro-

Protinus æratos impulſo cardine poſtes
Cum ſonitu, magnoq; polos quaßante fragore
Præpandunt obnixè humeris, uolat illa per auras
Obſcura ſub nocte nitens, gratantur eunti
Sidera, iam feſtas meditatur Luna choreas,
Exultant hyades, gaudet mutata Bootes
Plauſtra auro, totoſq; auro fulgere iuuencos.
Tunc primum uiſa eſt, miſeri poſt fata parentis
Riſiſſe Erigone, & longum poſuiße dolorem,
Armatoq; enſis ſubducitur orioni.
Vt uero umbroſis poſuit ueſtigia ſyluis
Culmina conſcendit paſtorum, atque omnia latè
Perluſtrans tacitis oculis loca, concutit alas
Applaudens, pictoſq; ſinus ſub nocte coruſcans,
Subriſit lætum, puraq; in luce refulſit.
Primi illam ſenſere canes, ſenſere iacentes
Hædorum pasſim per dura cubilia matres,
Balatuq; ouium ualles ſonuere propinquæ,
Saxaq;, & attoniti caput crexere magiſtri.

HAEC *ubi dicta, &c.*] Aduocatis Angelicis ſpiritibus Pater æternus omnibus nouum inſpirat amorem, denique ſumma affectos lętitia omnibus mandatum, quo acciri fecerit exequi imperat. Ordo eſt. vbi id eſt poſtquam dicta ſupple fuerunt, hæc inſpirat, ſcilicet Pater æternus ſuperis, i. ipſis ſpiritibus, ſeu Archangelis amorem nouũ, quo ſci-

ſcilicet Duce, quo amore deponant iras ueteres pectoris obliti, id eſt tanquàm obliti ſcelerum, quaſi dicat ut obliuiſcerentur penitus belli geſti, ſeu prælij, quod geſſerat cum Lucifero, & eius ſatellitibus, que pro & ſecuti, id eſt tanquam iuſſu Patris, & amoris inſpiratione exempla patris. flagrent, id eſt ardeant ſtudio terrarum, & curent mortalia. Nec mora ſupple fuit, aduocat, ſcilicet ipſe Pater æternus lætitiam tum fortè, ſcilicet ipſam lętitiam vacantem choreis, quaſi dicat eos affecit lętitia, ut nunquam tali affecti fuerint. hæc ſcilicet lætitia (quæ nil aliud eſt aut dicitur, quàm animi exultatio) temperat, id eſt frænat motus, que pro & animos magni tonantis .i. ſemper in Deo inuenitur, & diſcuſſà .i. depoſita, & fugata nube ſerenat, quaſi dicat penitus ab eo exulat ira. Lætitiam inquit iterum ſupple aduocat ad eius affectum exprimēdum, quę ſemper, id eſt continuè diſcurſat .i. graditur per limina cælicolum pro cælicolarum, & rarò hoſpita .i. veluti hoſpes petit imas terras intelligitur de diuina lætitia, & expers curarum .i. neſcia mundanarum curarum, ex his equidem oſtenditur diuinam lætitiam intellexiſſe Poetam ab Angelo propalatam, quæ regionem, in qua degebant paſtores illuſtrauit, ut Euangelica verba aperiunt. & claritas Dei circumfulſit illos. Nam humana non verè lætitia

tia,nec propriè vocari poteſt,cùm animi ſit exultatio, & animus quidem humanus diuerſis,varijsque curis angatur continuè circum ducatur,vexeturque,& veluti mare ſępiſſimè fluctuet,ira,odio,affectu, amore, cæterisque intrinſecis aliis paſſionibus æſtuat. nec poteſt eadem regnare,quin a dolore occupetur, & a luctu demum,que pro & uirago.i.propago exoſa lacrymas.i. neſciens tribulationes, & animi paſſiones, exultat & toto cælo abigit ſuſpiria,vt.i.poſtquam ſtetit ante Patrem, ſcilicet æternum, iuſſa eſt accedere ad terras ac comodat alas pictas humeris mobilibus, qua ſi dicat lætitia eſt adeò leuior, vt vento velocior volare,& diſcurrere videatur,que pro & uocat comites appoſit: Lenimen.viæ,cum co mes facundus, ſeu lepidus in via pro vehiculo ſit.ilicet,id eſt videlicet adſunt facies iucūdę viſu,& melius, & rectius poneretur iocundæ;cum iucundus a Iuuo,Iocundus verò a Io cor deriuetur. & cantus, & chori,& gaudia, plauſus,& amor, rectus ardens honeſtis ignibus,ſ.charitas,quem ſcilicet amorem,ſeu charitatem vadentem.i.gradientem obſeruāt, id eſt tanquam maiorem ſequuntur, nuda fides .i.vera & non ficta,que pro & ſpes inſcia.i. expers luctus appoſit: omnes iſtæ virtutes ſorores vnanimes dicuntur pietate mira,ideſt idē eſt omnibus uelle & nolle:mox ſequitur volu

ptas

ptas inculpata, id eſt non mundana improba & terrena: ſed inuiolata, & ſancta, que pro & gratia quæ dicitur, quoniam gratis datur, & concordia ſuadens pacem niueam. Ex his omnibus nil aliud ſignificari, & oſtendi velle, quàm vbi Chriſtus preerat, ibi totos Angelorum cætus, choros, cæleſtes hierarchias pręſidere, que pro & cùm propinquaſſet portæ, quæ.ſ. porta dicitur maxima cælo, & æternũ pro æternè nomen pro aduerbio micat, radiata.i. variis ornata coruſcis ſignis aſtrorum, quando.i. quandoquidem aliæ.ſ. portæ dant ægris mortalibus nimbos, id eſt pluuias, & dãnant, id eſt obtenebrant terras caligine. Quemadmodum diuina lætitia a Deo procedens nullam patitur animi paſſionem, ita locus, quem Poeta portam uocat a qua egreſſa eſt. caliginis ſeu animi perturbationis penitus expers. horæ ſuccinctæ alis properantibus, id eſt ſucceſſiuo curſu, aut motu, horæ inſomnes, id eſt ſemper eædem, haud temporis lapſu perituræ occurrnnt, namque his, ſcilicet horis limina Diuum pro Diuorum ſemper ſunt fulgentia, & his etiam ſupple eſt credita cuſtodia cæli ingentis, quaſi dicat nocte. neque aduesperaſcũnt, neque die, dieſcũt (ut. ita dicamus) & protinus ſupple portæ obnoxiæ, id eſt ſuppoſitæ humeris impulſo cardine, id eſt axe, quo uoluuntur cum ſonitu,

præ-

præpandunt,id eſt aperiunt poſtes æratos magno fragore,id eſt ſtrepitu quaſſante polos,illa ſcilicet lætitia volat per auras nitens, id eſt fulgens ſub nocte obſcura ſidera gratantur.i. gratulantur eunti, ſcilicet ipſi lætitiæ uolanti. Iam Luna meditatur choreas feſtas, id eſt felices, hyades, id eſt iubilant hyades ſunt ſeptem ſtellæ in cornibus, & ore tauri, quæ quoties naſcuntur, uel occidunt pluuias creant. Bootes latinè Bubulcus, cæleſte ſidus, quod Arctophilax uocatur, gaudet plauſtra mutata auro, id eſt ob plauſtra,ideſt currus mutatos auro, id eſt ob plauſtra,id eſt currus auro mutatos,que pro & cętros iuuencos, id eſt cætera animalia ſigna cæleſtia fulgere auro, tunc primùm Erigone viſa eſt poſt fata, id eſt mortem miſeri parentis riſiſſe, quæ nunquàm antea riſerat, & depoſuiſſe longum dolorem. Fuit autem Erigone filia Icari Oebali Laconum Regis filij, qui Icarus cùm a libero patre vinum accepiſſet, & ruſticis diſtribuiſſet, illique inde ex nimio potu ebrij euaſiſſent, arbitrantes ſibi toxicum fuiſſe datum Icarum interfecerunt, quod ubi Erigone cognouit, doloris impatientia laqueo vitam finiuit, quæ Deorum miſeratione in cælum translata ſignum effecit Virginis, que pro & ſubducitur, id eſt abſtrahitur, ſeu eripitur enſis Orioni

arma-

armato. Eſt autem orion cæleſte ſignum, quo oriente maximę excitantur tempeſtates. Ideo metaphoricè ait Poeta armato Orioni, quaſi dicat tempore illo lætitiæ etiam eodem oriente ſerenitas regnabat. Spondaicus verſus eſt apud Poetas, hoc nomen habet primã ſyllabam indifferentem, & media ſyllaba ſemper producitur penultima verò in obliquis

Luc.li.9. rurſus indifferens eſt. Lucan. li. 9. Pharſal:

Teſte tulit cælo victi decus orionis.

Vir. li. 1 Et Verg. in primo Aeneidos, cùm ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus orion, vt ſubſequitur textus, id eſt poſtquàm verò poſuit veſtigia ſyluis umbroſis. i. poſtquàm peruenit ipſa lætitia conſcendit culmina paſtorum, atque per luſtrans latè omnia loca tacitis oculis applaudens. i. geſtiens, concutit alas, ſinus, pictos, id eſt habens veſtes pictas, ſub nocte, i. noctis tẽpore corruſcans ſubriſit lætum pro lætè nomen pro aduerbio, que pro & refulſit in pura luce. Primi ſenſere pro ſenſerunt canes illam, ſcilicet lætitiam ſenſere paſſim, matres hædorum iacentes per dura cubilia, & ualles propinquæ ſonuerunt ouium balatu, & ſaxa, & magiſtri, id eſt paſtores, attoniti erexere pro erexerunt caput, & Paſtores erant in regionē uigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, & ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei

circumfulſit illos, & timuerunt timore magnò, &c. vt præallegato toties ſecundo capite legitur.

TVNC ait ò parui uigiles gregis, ò bona pubes.
Syluarum, ſuperis gratum genus, & beati
Paſtores, ite antra nouis intendite ſertis
Reginam ad cunas, poſitumq; in ſtramine Regē
(Certa fides) alti iam iam, moderator olympi
Cernere dat, properate, nouiq; tepentia lactis
Munera, cumq; ſuo date condita ſubere mella,
Inſuetum, & ſyluis ſtipula deducite carmen.
Nec plura effata in nubes taciturna receſſit,
Et penitus nigra noctis ſe condidit umbra.
Olli inter ſe ſe uario ſermone uolutant
Quid ſuperum mandata uelint, quas quærere cunas
Quos iubeāt, Reges, quæ cingere frondib. antra:
Continuo uariis innectunt tempora ramis
Nectitur, & lentiſcus opacæq; arbutus umbræ,
Roſq; maris, Buxuſq;, & denſa comas Terebinthus,
Cunctaq; frondenti redimitur turba corona.
Mox ſyluam exquirunt omnem, ſaltuſq; repoſtos
Flammiferis luſtrant, tedis ardere putares
Arua procul, totumq; incendi lumine montem.
Tandem inter dumos feſſi ſub rupe cauata
Speluncam aſpiciunt, uocemq; rudentis aſelli
Au-

Auribus accepere, uident ipſumq; bouemq;
Longæuumq; ſenem, ſtãtemq; ad lumina matrẽ
Inſomnem, & presſis refouẽtem pignus in ulnis.
Ergo inſpiratæ gauiſi munere ſortis
O cyus ingentem procero de ſtipite laurum,
Auulſaq; ſolo palmam ab radicibus imis
Attollunt humeris, perq; interualla canentes
Cum plauſu, choreisq;, & multi ſono modulatu,
Veſtibuli ante aditum ſtatuunt, omnẽq; coronãt
Fronde locum, grandes oleas, cedroſq; comantes
Affigunt, longiſq; aduelant limina ſertis,
Et latè Idaliam ſpargunt cum baccare myrtum,
Quos bonus, ex antro dictis aggresſus amicis
Compellat ſenior, placidaq; hæc uoce profatur.

TVNC *ait, &c.*] Illuminatis paſtoribus ſuperuenientis lætitiæ lumine attonitiſque, & quid ſibi vellet lumen ſiſcitantibus, & cogitantibus, ita ſe admonere, hortarique intellexerunt. Ordo eſt. Tunc, ſcilicet lætitia ait ò vigiles, ſcilicet Paſtores parui gregis, ò bona pubes ſyluarum, id eſt boni ſylnarum incolæ, appoſit: genus gratum ſuperis beati ite, ite intendite, ideſt ornate antra nouis ſertis, iam, iam id eſt nunc ſtatim moderator, id eſt omnipotens Pater rector, creator, & opifex alti olympi, id eſt cæli (certa fides) ſupple eſt dat, id eſt concedit cernere, ſcilicet uos Reginam .i. Virginem ad cunas, que pro & Regem, ſci

licet

licet Chriſtum Saluatorem poſitum in ſtramine.i. iacentem in præſepio ſtipulis ſtrato; hoc Euangelij uerba oſtendunt.cap.eod. ſępe a nobis prænarrato,ubi ita dictant. Et Paſtores in regione eadem vigilantes, & cuſtodien tes vigilias noctis ſuper gregem ſuum; & ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis Angelus, nolite timere: Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum,quod erit omni populo, quia natus eſt hodie uobis Saluator mundi,qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid, & hoc uobis ſignum inuenietis infantem pannis inuolutũ, & poſitum in præſepio, & ſubitò facta eſt cũ Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantiũ Deum,& dicẽtium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, &c. & Iuuencus,qui toties a nobis allegatur. *Iuu.li.* 1 eod.lib.

Cura ſollicitæ pecudum, cuſtodia noctis „
Paſtores tenuit vigiles per paſcua læta „
Ecce Dei monitu viſus deſcendere cælo „
Nuncius, & ſubitò terror tremefacta pauore „
Proſtrauit uiridi paſtorum corpora terræ. „
Talis & attonitis cælo vox miſſa cucurrit. „
Ponite terrorem mentis,mea ſumite dicta „
Paſtores, quibus hæc ingentia gaudia porto: „
Nam genitus puer eſt, Dauidis origine clara „

„ Qui populis lucem mox, lætitiáq; propaget:
„ Hoc ſignum dicam, puerumq; cernere vobis
„ Iam licet implentem gracili pręſepia uoce.
„ Talia dicenti iunguntur millia plebis
„ Cæleſtis, cunctiq́, Deum laudantq; rogantq;,
„ Gloria ſupremum comitetur debita patrem,
„ In terris iuſtos homines pax digna ſequetur,
„ Et ſimul his dictis, cæli ſecreta reuiſunt.
„ Paſtores, properè veniunt, puerumq; iacētem
„ Præſepis gremio cernunt, poſt inde frequētes
„ Diſpergunt latè celebris vaga ſemina famæ
„ Mirantes laudant, lætantes conſtupuerunt
„ Omnia nocturnis monitis, quòd vera recur-
„ rant.

Properate, id eſt properanter ite ad offerendum ei munera tepentia lactis noui, id eſt ali quod vas lacte recenter emuncto plenum, & date mella condita ſuo ſubere, id eſt cum toto alueo, & deducite, id eſt canendo deducite ſyluis ſtipula, id eſt tibia carmen inſuetū. Nec plura ſupple effata fuit taciturna, id eſt tacitè receſſit in nubes, & penitus ſe condidit .i. cooperuit, & euanuit nigra umbra noctis, olli pro illi, ſcilicet Paſtores uolutant .i. meditando conſiderant inter ſe ſe uario ſermone, ſcilicet dicentes, & meditantes, quid velint mandata ſuperum. & factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum, paſtores loquebantur ad inuicem, tranſeamus vſque in Bethleem,

thleem,& videamus hoc verbum,quod factũ eſt,quod fecit Dominus, & oſtendit nobis,& venerunt feſtinantes,& inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio, videntes autem cognouerunt de verbo,quod dictum erat illis de puero hoc,&c. Quos Reges quas cunas, id eſt præſepia iubeant.i. imperent quærere, quæ antra iubeant cingere frondibus continuò .i. dum hæc meditabantur innectunt .i. coaptant tempora variis ramis,ſcilicet arborum,ſeu uirgultorum.Necti tur Lentiſcus, que pro & arbutus umbræ opa cæ, id eſt arbor illa ſic uocata, quæ citro ſimi lia habet folia,& raris eſt frondibus excreſcit in Arabia in altitudinem quinquaginta cubi torum, & Ros maris.i. Ros marinus frutex odorifer, & Buxus.i. arbor illa exigua ; uulgo dicitur, Boſſo,ſemper producit ex ſe uiſcum, & ſemen, ſeu granum omnibus animalibus inuiſum,lignum habens adeò durum,vt non ſentiat cariem, tam ponderoſum, vt in aqua ſubſidat,ex iſto ligno fiunt tibiæ multiforati les, & pectines ad capillos explicandos, & pi xides ad plurimos uſus. & Terebinthus den ſa comas, id eſt habens ſpiſſas frondes. Terebinthus eſt arbor nigrum lignum cum ſplendore præ ferens habenſque ſoliditatem in Bu xi ſpeciem,ex qua reſina terebenthina, quam nos Trementinam appellamus, que pro & cũ

ĉta turba redimitur,id eſt ornatur corona frõdenti, mox exquirunt,id eſt perquirẽdo peragrant omnem ſyluam, & ſaltus repoſtos pro repoſitos luſtrant, id eſt illuminant tedis flãmiferis,quas ſcilicet incenſas ferebant, ardere putares procul arua ſupple adeò, vt quilibet putare poterat Syluas omnes comburi, que pro & totum montem incendi .i. ardere lumine. tandem feſſi, ſcilicet Paſtores inter dumos, id eſt humi iacentes ſub rupe cauata aſpiciunt ſpeluncam, que pro & auribus accepere, id eſt intellexerunt uocem aſelli rudentis, & uident ipſum bouem, & ſenem longæuum.ſ.Ioſeph,& matrem, ſcilicet Virginẽ ſtãtem ad limina inſomnem,id eſt peruigilem, & refouentem.i. ampleĉtendo diligenter fouebat pignus, id eſt filium in ulnis preſſis,qua ſi dicat arĉtè in ulnis ampleĉtabatur. Ergo gauiſi.ſ.Paſtores munere iſperatę ſortis,quaſi dicat gauiſi Inuento Chriſto nato, quem non ſibi imaginabantur, ocyus id eſt uelocius attollunt humeris ingentem Laurum è procero ſtipite,que pro & palmam auulſam ab imis radicibus,quam.ſ.radicitus extirpauerant, & canentes per interualla.i. uiciſſim cantando alter alteri cedens, cum plauſu, & choreis, & modulatu.i.cantu multiſono ſtatuunt, id eſt ſtabiliunt ante aditum ueſtibuli, id eſt ianuã ſpeluncæ, que pro & coronant omnem locũ

fronde,affigunt grandes oleas, & cedros fumantes. cedrus eſt arbor maxima folia habens ad cupreſſi ſimilitudinem, lignum iucũdi odoris eſt,& diu durans,nec a tinea vnquã exterminatur,naſcitur ex hac arbore oleum, quod cedreleum dicitur, quo res unctæ, videlicet libri a tineis, & carie non læduntur, que pro & aduelant, id eſt cooperiunt limina longis ſertis,& latè ſpargunt Myrtum Idaliã, id eſt illius montis Idali uocati, ſeu nemoris in Cypro, quondam Veneri ſacri: cum Baccare, Baccaris, fæmin: gener: herba radicis odoratæ ad cinnamomi ſimilitudinem, quos ſcilicet Paſtores, ex antro bonus ſenior, id eſt Ioſeph aggreſſus, compellat dictis, id eſt uerbis amicis.

*D*ICITE. *Paſtores (neque enim ſine numine credo*
Tam certum tenuiſtis iter) cui tanta paratis
Munera? cui uirides ramis frondẽtibus umbras
Texiſtis? an ne aliquis ſuperum patre miſſus ab alto
Has docuit ſedes, locaq; hæc accedere iusſit?
Sic memorans, ſe ſe lætum uenientibus offert.
Illi autem: noua per tenebras, noua lucis imago
O Genitor, media uiſa eſt, modo lumina ſylua
Spargere, & in noſtras diffundere gaudia mẽtes.
Siue Deus cælo ueniens, ſeu forte Deorum

Nūcius, in dubio eſt, nos uultū, habitūq; loquētis
Vidimus, & motas per noctem audiuimus alas.
Sic fati iungunt dextras mox ordine longo
Antrum introgresſi, calathis ſylueſtria plenis
Dona ferunt, matrem & læto ſimul ore ſalutant.
Tum puero aſtantes Lycidas, & maximus Aegō
Aegon, Getulis centum cui paſcua campis
Centeni per rura greges, Maſſyla uagantur
Ipſe caput latè, quà Bragada, quà vagus errat
Triton, Cyniphiæ, quà deuoluuntur arenæ,
Ingens agricolis, ingens paſtoribus Aegon
At lycidas, uix urbe ſua, uix colle propinquo
Cognitus, æquoreas carmen deflexit ad undas
Et tamen hi non uoces pares, non uiribus æquis
Inter odorantum Choreas, plauſusq; Deorum
Ruſtica ſeptena modulantur carmina canna

DICITE *Paſtores, &c.* } Poſtquam Paſtores ab Archangelo moniti iuerunt, & illuc peruenientes, inuenerunt infantem in præſepio, iuxta quod ſibiipſis prædictum, ac præmonitum ab illo fuerat, Ioſeph ad locum eiſdem Paſtoribus aduentantibus, lætum ſe offerens, ac obuians ita alloquitur. Ordo eſt. Paſtores ſupple ò dicite (enim pro quia credo, neque ſine numine, ſcilicet Diuū tenuiſtis, id eſt peregiſtis iter tam certum (cui paratis, id eſt cui parando offertis, ſeu offerre uultis tanta munera? cui, id eſt ad cuius

hono-

honorem, ſeu laudem texitis, id eſt connecti tis virides vmbras, id eſt frondes ramis frondentibus, id eſt virentibus an ne, id eſt vtrũ aliquis miſſus ab alto patre ſuperum, id eſt a Patre ęterno, docuit vos ſupple has ſedes? que pro & iuſſit accedere ad hæc loca? Sic memorans, i. alloquens, offert ſe ſe lætum. i. hilarem uenientibus, ſcilicet paſtoribus, autem illi ſupple poſtea, ita reſponderunt. O genitor ſcilicet Ioſeph modò uiſa eſt ſupple nobis media ſylua. i. in medio ſpargere, id eſt diffundere lumina, & diffundere, id eſt immittere gaudia in noſtras mentes, ſiue Deus ſupple fuerit veniens è cęlo, ſeu forte, nunc ius Deorum, id eſt Angelus in dubio eſt, id eſt neſcimus. Nos vidimus vultum, que pro & habitum loquentis, ſcilicet qui loquebatur nobis, & audiuimus, per noctem. i. nocturno tempore alas motas. Sic fati ſupple, poſtquam ſic locuti fuerunt Paſtores, iungunt dextras ſupple ſuas dexteræ Ioſeph, mox longo ordine ingreſſi antrum ferunt dona, id eſt offerunt dona, quæ tulerant ſylueſtria plenis calathis, & ſimul ore læto, id eſt læto ſermone, ac pio ſalutant matrem, ſcilicet uirginem. Tum, id eſt deinde Lycidas, & maximus Aegon, ſcilicet Paſtores ipſi, ita mancipati aſtantes puero, ſcilicet Chriſto: Aegon cui ſcilicet Aegoni ſupple erant centum paſcua. i. prata ad paſcendos

ſcendos greges campis.i.in campis Getulis. i. Getuliæ regionis,centeni greges uagantur,id eſt paſcendos rura Maſſyla , id eſt Regionis Numidiæ : ipſe Aegon latè ingens caput, id eſt primarius agricolis, id eſt Paſtoribus maior, & agricolis,& omnibus ditior quà , id eſt ea parte qua Bragada P. C. id eſt fluuius ille ita vocatus, qui iuxta labitur quà .i.ea parte , qua errat vagus Triton : fuit autem Triton Deus maris Neptuni,& Salaciæ marinæ Deæ filius,qui primum in Tritone Aphricæ palude uiſus fuit quà.i.ea parte, qua deuoluuntur arenæ Cyniphiæ, Cyniphis,ſeu Cyniphos eſt fluuius Aphricæ: At Lycidas uix cognitus ſupple erat ſua urbe, & uix propinquo colle deflexit carmen ad vndas æquoreas, & tamē hi ſcilicet Paſtores non ſupple erant pares voce, non uiribus æquis, inter choreas adorantum pro adorantium,que pro & plauſus Deorum modulantur, id eſt cantant ruſtica carmina , id eſt paſtoralia canna ſeptena, id eſt fiſtula, ſeu tibia ex canna ſeptem foraminibus compacta.

HOc *erat Alme Puer , patrijs quòd noſter in antris*
Tityrus attritæ ſpreuit rude carmen auenæ ,
Et cecinit dignas Romano conſule ſyluas .
Vltima Cumei uenit iam carminis ætas ,

Ma-

Magna per exactos renouantur ſecula curſus:
Scilicet hæc uirgo eſt,hæc ſunt Saturnia Regna,
Hæc noua progenies cælo deſcendit ab alto,
Progenies, per quam toto gens aurea mundo
Surget, & in medijs palmes florebit ariſtis.
Qua duce, ſi qua manent ſceleris ueſtigia noſtri
Irrita, perpetua ſoluent formidine terras,
Et uetitum magni pandetur limen olympi.
Occidet,& ſerpens, miſeros quæ prima parentis
Eluſit,portentificis imbuta uenenis.
Tu ne Deum uitam accipies? Diuiſq; uidebis
Permiſtos heroas, & ipſe uideberis illis?
Pacatumq; reges patrijs uirtutibus orbem?
Aſpice felici diffuſum lumine cælum.
Campoſq;,fluuioſq;,ipſaſq; in montibus herbas,
Aſpice,uenturo lætentur ut omnia ſeclo,
Ipſe lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera,nec magnos metuent armenta leones.
Agnaq; per gladios ibit ſecura nocentes,
Biſq; ſuperfuſas ſeruabit tincta rubores.
Interea tibi parue puer munuſcula prima
Contingent,ederæq;, intermiſtiq; Corymbi,
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella,
Mella dabunt quercus,omnis feret omnia tellus.
At poſtquam firmata uirum te fecerit ætas
Et tua iam totum noteſcent facta per orbem;
Alter erit tum Tiphys,& altera quæ uehat Argo
Delectos heroas,erunt etiam altera bella

Atque ingens ſtygias ibis prædator ad undas.
Incipe parue Puer, riſu cognoſcere matrem
Chara Dei ſoboles, magnum cæli incrementum.
Talia dum referunt paſtores, auia longè
Reſponſant, nemora, & uoces ad ſidera iactant
Intonſi montes, ipſe per confraga rupes
Ipſa ſonant arbuſta, Deus, Deus, ille Menalca.

HOc *erat alme Puer, &c.* } Narrat modò Poeta qualiter Paſtores ſuis tibijs modulabantur infanti Chriſto præſidentes, & quale, quod concinebant carmen fuerit. Eſt enimuerò, quod Vergil. in quarta Egloga quam Pollio nuncupat canit, qua quidem omnia, quæ metaphoricè deſcribit intelligũtur, quod Chriſti Saluatoris natiuitate, mediante humanum genus redemptum, ereptũque a diabolica ſeruitute fuit, qua redẽptione maius, felicius, nec quid pretioſius uniuerſo terrarum orbi contingere potuit, qua deinde facta, tot, tantaque bona, & innumerabilia prouenerunt. Ordo eſt. O ſupple Puer, ſcilicet Chriſte alme, hoc erat quod noſter Tityrus, ſcilicet alter Paſtor amicus ſpreuit, id eſt paruifecit carmen rude auenæ attritæ. i. carmen rude, quod canere ſolebat ſua auena, quam attriuerat aſſidue cantandi uſu. & cecinit ſyluas. i. res paſtorales dignas Romano Conſule, quemadmodum Verg. cecinit eas Conſu

ſe dignas,ſcilicet Pollione, hortatu cuius ſcri pſerat, iã venit vltima ætas carminis Cumęi .i.iam adimpletum eſt,quod Sybilla cumana uaticinata fuit de Chriſto uenturo:magna ſecula renouantur per exactos curſus.i.lapſu tẽporis,ſcilicet,id eſt ſcire licet hæc uirgo.i. iuſtitia,hęc ſunt regna Saturnia, hæc noua progenies deſcendit ab alto cælo progenies, per quam.i.duce qua aurea gens.i. ætas ſurget,id eſt regnabit toto mundo, & Palmes.i. ſacramẽtum, ſeu virgula florebit in mediis ariſtis, qua duce, ſi qua pro aliqua ueſtigia ſceleris noſtri manent.i.adhuc ſuperſunt irrita, id eſt ad nihilum redacta perpetua formidine ſoluent.i liberabunt terras.i.orbem, & limẽ vetitum magni olympi.i.cæli pandetur.i.aperietur.Occidet ſerpens imbuta venenis portẽtifi cis,quæ prima pulſit miſeros parentes, id eſt Adam & Euam.ne.i.utrum tu accipies uitam Diuum pro Diuorum, & ipſe pro tu uidebis heroas permiſtos Diuis ? & ipſe uideberis illis ? que pro & Reges orbem pacatum, id eſt uitiis expurgatum virtutibus patriis ? aſpicis cælum diffuſum. i. illuſtratum felici lumine, & campos fluuios, & ipſas herbas in montibus. aſpice ut omnia lætentur ſeclo pro ſeculo venturo ipſe capellæ referent dom um vbera lacte diſtincta, nec armenta metuẽt magnos leones, que pro & agna ibit ſecura.i.erit

per

per gladios nocentes, quaſi dicat cędi nō erit obnoxia amplius, & bis tincta ſeruabit rubores ſuperfuſos, quaſi dicat ſponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos, ut idem Maro dixit. Interea parue Puer prima munuſcula contingent tibi ederę, que pro & Corymbi inter miſti.i.acinti ſeu grana illa nigra, ipſa cunabula fundent.i. parabunt tibi flores blandos. Et duræ quercus ſudabunt.i. ſudando emittent, ſeu ſtillabunt roſcida.i. pura & liquida mella quercus dabunt mella omnis tellus feret omnia, quaſi dicat nullo cultu mediante. At poſt quam ætas firmata.i. virilis fecerit te virū, & tua facta noteſcent.i.uulgabuntur per totū orbem, erit tum alter Tiphys, fuit enim vir arte carpentaria celebris, qui primus gubernandi naues adminicula inſtituit, & erit altera Argo quam Iaſon duxit, quę vehat heroas delectos .i.Argonautas illi.ſ.heroes, qui cum Iaſone in Colchos profecti ſunt, qui a Medea adiutus vellus aureum in Græciam reportauit, ex quibus præcipui fuerunt Caſtor, Pollux, Telamō Orpheus, Hercules, & Hilas puer: erūt etiam altera bella, atque facit Apoſtrophen ad hoſtem Diabolum. O ſupple prędator ingēs ibis ad vndas ſtygias. ò ſupple Puer incipe ritu matrem.ſ.virginem cognoſcere chara Dei ſoboles, magnum incrementum cæli, dū paſtores referunt.i referentes canūt talia, longè nemo

ra auia, id eſt inacceſſibilia, & ſine uia reſponſant, id eſt reſonando illorum uocibus reſpõdere videbantur, & iactant uoces ad ſidera; montes intonſi ipſę rupes, etiam ſupple reſonant per confraga. i. per aſpera, & inacceſſa loca, ipſa arbuta ſonant ſupple dicẽtia: ò Menalca ille Deus, Deus, ſupple eſt.

HIC *ſubito magnum uiſi per inane uolatus*
Cæleſtum, curſusque alacres, alacreſq; recurſus
Auditæq; procul uoces, ſonituſq; rotarum;
Scilicet innocuis, per ſudum exercitus armis
Ibat ouans, diuiſæ acies terna agmina ternis
Inſtructa ordinibus belli ſimulacra ciebant.
Ter clypeis iam credentes inuadere nubes
Aſpiceres: uacuas ter mittere tela per auras,
Ter clamare Ducem, mox diſcite cogere ſigna
Atque unam lætaſaciem præferre phalangis,
Rurſus & aerios percurrere milite campos,
Semotoſq; alias conſtanti incedere paſſu
Nubila per lataſq; uias, & iungere nexu
Brachia, perpetuis quatientes motibus alas
Geſtanteſq; manu noſtræ argumenta ſalutis
Spinaſq;, clauoſq;, horrenti & uimine faſces
Hæſuramq; haſtam lateri, medicataq; felle
Pocula, ſublimẽq; crucẽ, immanẽq; columnam.
Ibant, & dulci mulcebant æthera cantu.
Innumeras alij laudes, & magna parentis

Facta

Facta canunt, ut prima noui fundauerit orbis
Mænia, telluremq; uagis diſcluſerit undis,
Vt paſſim uarios, cælo ſuſpenderit ignes
Lunamq;, ſtellaſq;, ut magni lumina ſolis
Iam latè extremo tenebris oriente fugatis
Protulerit. Tu belligeras metuendæ cohortis
Deijcis, exturbaſq; polo, tu fulmine quaſſas
Cum Duce ſigna ſuo, nigroq; inuoluis auerno,
Cocytumq; iubes, triſteſq; habitare lacunas.
Te gemini cecinere axes, te maxima tellus
Victorem cecinit, uaſtis cum fluctibus æquor:
Nec te hominum fraudes, non auertere nefanda
Crimina, ſed læto ſpectas mortalia uultu,
Dignataſq; tuo ſolaris numine terras.
Salue magne opifex cæli, Rex maxime Diuum
Terrarumq;, hominumq; ſalus, quem ſidera, quem Sol
Quem metuunt Reges, tenebrarũ, & tartarus ingens,
Cui latè humanum ſeruit genus, omnia ſolus
Qui regis, omnia amas, pariter, tibi nõia mille
Mille poteſtatum, regnorum, inſignia mille:
Salue Author, Salue immẽſi Dominator olympi
Et nobis felix, terriſq; labentibus adſis.
Ingeminant plauſum nubes, latèq; per auras
Diſcurſat uox, & cæli conuexa reſultant.

HIc *ſubitò magnum, &c.* ⁋ Poſt decantatam a Paſtoribus orbis felicitatẽ Duce

Chri-

Chriſti Saluatoris natiuitate, Angelorũ choros apparuiſſe, ac eorum concentus auditos fuiſſe: narrat modò Poeta, quæ omnia ex uerbis textus conſtructione manifeſta fient. hic ſubitò viſi ſupple fuerunt uolatus cæleſtũ pro celeſtium, ſcilicet Angelorum, que pro & alacres curſus, & recurſus; alacres.i. Angelos currentes & recurrentes, & procul uoces ſupple auditæ fuerunt, ſonitus rotarum, ſcilicet ibat exercitus.ſ. Angelorum, armis innocuis, ouans.i. hilaris per ſudum.i. per aeris ſerenitatem, acies diuiſæ ſupple erant agmina terna ciebant.i. commouebant ſimulacra inſtructa ternis ordinibus. belli quaſi dicat choritatẽ ternas, alias Angelorum Phalanges ordine belli per loca diſpoſitas ordinabant, aſpiceres ſupple adeò, ut quiſque aſpicere poterat ter iam inuadere.i. aggredi clypeis, nubes credẽtes ter mittere tela per uacuas auras, ter clamare Ducem.i. Saluatorem mox cogere, ideſt adunare ſigna diſſita, id eſt ſeparata, ſeu procul diſtantia, atque præferre.i. coràm indicare vnam faciem.i. eandem faciei lætitiã Phalangis lætæ rurſus.i. iterum campos aerios, id eſt aeriam regionem percurrere milite, id eſt choros eam percurrere angelicos, que pro & alios, ſeu Angelos ſeu cætus ſemotos ab aliis, ſcilicet diuiſos incedere paſſu conſtanti per nubila, & uias latas, & nexu iungere brachia

qua-

quatientes alas perpetuis motibus,que pro & manu geſtantes.i. afferentes argumenta.i. inſtrumenta paſſionis noſtræ ſalutis,monumenta,& ſpinas.i.ſpineam coronam, clauos, quibus ſanctiſſima Chriſti membra fixa fuere,& faſces,vimine horrenti.i.ſcuticas, quibus totum corpus cęderunt Iudæi, & haſtam.i.lanceam hæſuram lateri,qua Longinus latus perforauit,que pro & pocula medicata felle.i.poculum aceto & hyſopo miſtum, & ſublimem crucem,& columnam immanem,ibãt & mulcebant.i.lætificabant æthera dulci cantu. Alij. ſcilicet Angeli canunt innumeras laudes, & magna facta parentis.i. Dei Patris, vt ſcilicet quomodo ſupple poſtquàm fundauerit. i. inſtaurauerit prima mænia noui orbis, que pro & diſcluſerit tellurem vndis vagis.i.ab aquis, ut paſſim ſuſpenderit ignes varios.i. ornamẽta varia cælo & lunam & ſtellas, ut protulerit lumina magni Solis iam fugatis tenebris latè extremo oriente,poſtquàm omnia, hæc ſcilicet Chriſtus in ſecundo aduentu in maieſtate magna, & poteſtate venturus perfecerit: tu metuende, &c. Apoſtrophat (his prænarratis) Poeta ad Chriſtum, dicens tu ſupple ò Saluator metuende deiicis cohortes belligeras, id eſt malignos ſpiritus, que pro & exturbas, .i. abigis polo.i.a cęlo tuo fulmine.i. tua potẽtia quaſſas ſigna cum ſuo Duce.i. Diabolum,

& ſuos

& ſuos ſatellites, que pro & inuoluis, id eſt in cludis ſeu detrudis auerno nigro, & iubes cõ cytum, & triſtes lacunas habitare, Te gemini axes.i. ambo poli cecinerunt, te tellus maxima cecinit, te uictorem ęquor cum uaſtis fluctibus cecinit etiam ſupple, quaſi dicat te omnes Angeli, Archangeli, Poteſtates, totaq; cæleſtis militia inceſſabili uoce proclamant, Sáctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Ex quo deuicto mortis aculeo aperuiſti credentibus regna cælorum, &c. vt Auguſtinus & Ambroſius in hymno teſtantur. Nec fraudes hominum, nec crimina.i.ſcelera nefanda auertere pro auerterunt, quaſi dicat nunquam hominem deſpicis, & derelinquis ob crimina, ſed ſemper gratiæ tuæ lumine illuſtras, cum non mortem velis peccatoris, at ut conuertatur magis, & viuat, vnde ſequitur. Sed vultu læto ſpectas mortalia, que pro & ſolaris terras.i.mortales dignatos .i. dignos a te effectos tuo lumine. Salue magne cæli opifex Rex maxime Diuum.i. Deus Deorum, &q; Dominus Dominantium, ſalus terrarum, & hominum, quem.ſ.te ſidera, Sol, Reges, tenebrarum, & ingens tartarus metuunt. Quoniam in nomine Ieſu omne genu flectitur cęleſtiũ, terreſtrium, & infernorum. ut Pau.ad Philip. ſecundo cap. cui ſcilicet tibi latè humanũ genus ſeruit.i.tota creatura, qui ſcilicet tu ſolus

regis omnia,omnia pariter amas,quoniam nihil odiſti eorum quæ feciſti, vt cantat Eccleſia.tibi ſupple ſunt mille nomina', quoniam dedit Deus pater illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt ibidem Apoſtolus inquit, mille inſignia poteſtatum, & regnorum, quoniam Dominus, diuerſorum, author & Dominator,Olympi,Salue,Salue,& adſis nobis, ſcilicet mortalibus, & labentibus terris .i. in tantis periculis uerſantibus. felix.i. propitius nubes ingeminant plauſum, que pro & latè uox diſcurſat per auras.i.per aerem, & conuexa.i.concaua cæli reſultant, id eſt reſonant cóuexum dicitur cælum.i. undique inclinatum pars verò interior dicitur concaua,ut alibi expoſuimus in primo.

HERBOSO *tum forte toro, undiſoniſque ſub antris*
Venturas tacito uoluebat pectore ſortes
Cæruleus Rex,humentum generator aquarum
Iordanis, quem iuxta hilari famulantia uultu
Agmina denſantur natæ, pulcherrima Glauce,
Dotoq;, Protoq;, Galenaq;, Lamprothoeq;,
Nudæ humero,nudis,diſcincta ueſte papillis
Calliroe,Byroq;, Pheruſaq;, Dinameneq;,
Aſphaltiſq; aſſueta leues fluitare per undas,
Ipſaq; odoratis perfuſa liquoribus Anthis:
Anthis,qua non ulla nouos miſcera colores

Do-

Doctior, aut pictis caput exornare coronis.
Mox Hyale, atq; Thoe, et uultu nitidiſſima Crene
Gongiſteq;, Rhoeq;, & candida Limnoria,
Et Driope, & uirides Botane reſoluta capillos,
Ore omnes formoſæ albis in ueſtibus omnes.
Omnes puniceis euinctæ crura cothurnis.
Ipſe antro medius, pronaq; accliuis in urna
Fundit aquas. Nitet urna nouis uariata figuris
Cryſtallo ex alba, & pura per lucida uitro
Egregium decus, & ſuperum mirabile donum.
Vmbroſis hic ſylua comis, denſiſq; uirebat
Arboribus, cerui paſſim, capreæq; fugaces
Aeſtiuum uiridi captabant frigus in umbra:
In medio auratis effulgens fluctibus amnis
Errabat campo, & curſu læta arua ſecabat.
Hic iuuenis, fuluis uelatus corpora ſetis
Stans celſo in ſcopulo Regem, Dominumque
Deorum,
Vorticibus rapidis, medioq; in fonte lauabat.
At uiridi in ripa lecti de more miniſtri
Subcincti expectant, proniſq; in flumine palmis
Protendunt niueas cæleſtia lintea ueſtes.
Ipſe Pater cælo latè manifeſta ſereno
Signa dabat, natoq; leuem per inane columbam
Inſignem radijs mittebat, & igne coruſco
Attonitæ circùm uenerantur numina Nymphæ,
Et fluuius, refugas ad fontem conuocat undas.
Talia cælata Genitor dum ſpectat in urna.
Fatorum ignarus, oculoſq; ad ſingula uoluit

Admirans, uidet inſolitos erumpere fontes
Ingẽtemq; undare domum, cauaq; antra repleri
Fluctibus, atque nouum latices ſumpſiſſe ſaporẽ
Dumq; hæret, pauitatque ſimul, dum ſubleuat undis
Muſcoſum caput, & taurino cornua uultu
Aſpicit inſuetas latè floreſcere ripas
Claraq; per denſas diſcurrere lumina ſyluas
Paſtorum ludo, & lætos ad ſidera cantus,
Diuinaſq; audit uoces, & numina pasſim
Aduenisſe Deum teſtantia, protinus ambas
Ad cælum palmas hilaris cũm uoce tetendit.

HERBOSO *tum forte, &c.*} Salutauit Poeta per Apoſtrophen Chriſtum, cũ poſt cantatas à paſtoribus eiuſdem laudes Angelorum choros innumeris, ſuauibuſque cantibus, redemptionis humanæ inſtrumenta in manibus afferentes ibi apparuiſſe narrauit. Nunc verò Saluatorem in Iordane a Ioanne Baptiſtæ Baptiſmo ablutũm fuiſſe teſtatur. Ordo eſt. Tum Rex. ſ. fluminum Iordanis Cæruleus, ſeu ipſius fluuij genius, cæruleus color eſt, qui puri, & a nubibus uacui colorem cæli imitatur. Proprium fluminum Epithethon eſt. Generator aquarum humentum forte toro herboſo, que pro & ſub undis undiſonis voluebat. i. imaginabatur pectore tacito. i. corde ſortes uenturas. i. quod Proteus ſibi uaticina-

tus fuerat, Chriſtum .ſ. futurum baptizãdum, & ſuis abluendum aquis, ut inferius uidebimus: iuxta quem, ſcilicet Iordanem denſantur.i. congregantur Natæ. i. Nymphæ app. agmina famulantia.i. ſeruientia, tanquàm famulę vultu hilari pulcherrimæ ſupple erãt Glaucę, hæc & cætera omnia propria Nympharũ ipſius fluuij nomina ſunt, quem poeticè pingit Poeta, que pro & Doto, Proto, Galena, Lãprothoe, nudæ humero.i. nudos portantés humeros. Calliroe, Biro, & Pheruſa, Binamene, diſcincta veſte papillis nudis.i. diſcinctæ veſtibus & mamillis nudis, & Aſphlatis, aſſueta fluitare per undas leues, & ipſa Anthis perfuſa liquoribus odoratis, id eſt aſperſa aquis odoriferis. Anthis, quæ ſcilicet Anthi nõ ulla, id eſt aliqua eſt doctior miſcere nouos colores, aut exornare caput coronis pictis. mox Hyale, atque Thoe, & Crene nitidiſſima vultu, que pro & Gongiſtæ, Rhoe & Limnoria candida, hic uerſus Gongiſte, &c. qua metu menſura ſcandatur neſcire fatemur, cùm ſcãſionem multifariè experti fuimus, & nunquã menſuræ, ſeu debitis eiuſdem pedibus conſonantem inuenimus. & Driope, & Botane, reſoluta virides capillos. i. capillos habẽs diſcinctos & explicatos, omnes formoſæ ore, omnes in albis ueſtibus, omnes euinctæ crura euincta cothurnis puniceis, id eſt habẽtes cru

ra euincta cothurnis.i.calciamentis puniceis .i.colorem violæ flameæ referētibus: ipſe medius Iordanis,antro, que pro & accliuis in vrna prona.i.in fundo fundit aquas urna, id eſt fluuij fundo variata figuris nouis ex albo cryſtallo,& perlucido vitro appos: decus egregiū & donum mirabile ſuperum,id eſt ſuperorū. hic ſylua vmbroſis comis .i. denſis frondibus conſita virebat denſis arboribus cerui paſſim que pro & fugaces,capreæ captabant æſtiuū frigus in vmbra viridi in medio amnis, id eſt ipſe fluuius effulgens, auratis fluctibus errabat.i.vagabatur campo,id eſt per campum,& ſecabat.i.rigabat curſu, ſcilicet ſuo arua læta, id eſt fertilia hic.ſ.in iſto loco ita deſcripto amænitate pleno ſupple erat iuuenis, quidam uelatus corpora.i.coopertus ſetis fuluis.i. veſte ex pilis camelorum, ſeu habens membra cooperta camelorum pilis, ſtans in celſo ſcopulo.i.in medio fluuij exiſtente rapidis vorticibus, id eſt repentinis flatibus è nube ſicca erumpentibus, que pro & in medio fonte, id eſt flumine lauabat, id eſt baptizabat Regem ſcilicet Chriſtum,& Deorum Dominum. At in uiridi fluuij miniſtri lecti.i. electi de more ut moris eſt ſubcincti, id eſt parati expectant & pronis palmis.i. ipſi proni & flumini incubantes in flumine protendunt.i.porrigunt veſtes niueas app. lintea cæleſtia. Notandum

eſt

eſt iuuenem hunc, de quo loquimur ex verbis. Poetæ Ioannem Baptiſtam fuiſſe. Probat enim Eccleſia in hymno, quod in feſto ad Matutin. canit, dum inquit in ſecundo verſu prębuit hirtum tegumen Camelus artubus ſacris, ſtrophium uidentes, &c. & in quarto etiã poſtea verſu nomen, & ipſius dignitatem, ſeu maioritatem exprimendo ait, non fuit vaſti ſpatium per orbis ſanctior quiſquam genitus Ioanne, qui nefas ſecli meruit lauantem tingere Lymphis, &c. Ipſe Pater ęternus latè ſereno cælo dabat manifeſta ſigna, que pro & mittebat columbam leuem inſignem radiis., & coruſco igne. i. rutilanti per inane, id eſt per aerem; factum eſt autem cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante, apertum eſt cælum, & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, & vox de cælo facta eſt, Tu es filius meus dilectus in te mihi complacui, &c. Lucas ca. 3. Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbã, & venientem ſuper ſe, & ecce uox de cælis dicens: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matth. 3. Et factum eſt in diebus illis venit Ieſus a Nazareth Galilææ, & baptizatus in Iordane, & ſtatim aſcendens de aqua vidit cælos apertos, & Spiritum ſanctũ,

Eccleſia. *Luc. c. 3.* *Mat. c. 3*

tanquàm columbam deſcendentem, & manentem in ipſo, & vox facta eſt de cælis, tu es filius meus dilectus in te complacui, &c. Marci primo. Et Sedulius lib. primo.

Marc. pri.

Tunc vada torrentum ſimplex ingreſſus aquarum
In ſe cuncta lauat noſtræ contagia vitæ,
Ipſe nihil quod perdat habens, ſanctoque liquentes
Corpore mundauit latices, lymphaſq; beauit
Gurgitis, & propriis ſacrauit flumina mẽbris.
Senſerũt elementa Deum, mare fugit, & ipſe
Iordanis refluens curſum conuertit in vndas:
Namque Propheta canẽs quidnam eſt mare, quid fugis inquit?
Et tu Iordanis retrò quid ſubtrahis amnem?
Ergo ubi fluminei poſt myſtica dona lauacri
Egrediens ſiccas Dominus calcauit arenas,
Confeſtim patuere poli, ſanctuſq; columbæ
Spiritus in ſpecie Chriſtum veſtiuit honore,
Manſuetumque docet, multumque incedere mitem
Per volucrem, quæ felle caret, natoq; vocato
Voce Patris, triplici Deus ex ratione probatur,
Quòd Pater & natus, quòd Spiritus eſt ibi Sanctus,
Quo manet indignus, qui non numerauerit vnum.

Et Iu-

Et Iuuen. quoque lib. eod. primo inquit.

Hæc memorans uitreas penetrabat fluminis
vndas
Surgenti manifeſta Dei præſentia claret,
Scinditur auri color ſeptemplicis ęthera cæli
Corporeamq; gerēs ſpeciem deſcēdit ab alto
Spiritus, aeriam ſimilans ex nube columbam
Et ſancto flatu corpus perfudit Ieſu.
Tunc uox miſſa Dei longū per inane cucurrit
Ablutumq; undis Chriſtum, flatuq; per un-
ctum
Alloquitur, Te nate hodie per gaudia teſtor
Ex me progenitum, placet hæc mihi gloria
prolis.

Extat etiam Gloſſa Decretal. cap. 2. de ſumma trinit. & fid. catho. in verbo Pater, ubi dicitur Chriſti deitatem triplici teſtimonio fuiſſe cō probatam, videlicet Pater dedit teſtimonium Deitatis, quando ei dixit: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. Filius dedit teſtimonium deitatis, quando in monte transfiguratus potentiam Deitatis, & ſpeciem æternæ beatitudinis oſtē dit. Spiritus ſanctus dedit teſtimonium, quā do ſuper baptizatum in ſpecie columbæ requieuit, uel quando ad inuocationem nominis Chriſti corda credentium impleuit. Nymphæ ſequitur constructio attonitæ circùm venerantur numina, & fluuius conuocat, id eſt *Glo. Decret.*

redu-

reducit vndas refugas ad montem, quaſi dicat reuertebantur aquæ, & retrogradiebantur Saluatoris præſentia, dũ genitor, id eſt ipſe Genius ſpectat, id eſt admirans ſpectat talia, id eſt aquas recurrentes in vrna cælata. i. variis figuris variata, ignarus fatorum, que pro & voluit oculos ad ſingula admirans; uidet i. cernit erumpere inſolitos fontes, & domum ingentem vndare, & antra caua repleri fluctibus, atque latices, id eſt aquas ſumpſiſſe nouum ſaporem, quaſi dicat miratus eſt flumen ipſum inſolito curſu, & aquarum cumulo erumpere, que pro & dum hęret dubitat, & ſimul pauitat, dum ſubleuat, id eſt erigit caput muſcorum. i. uiridi lanugine coopertũ, & cornua taurino uultu aſpicit floreſcere latè in ſuetas ripas, id eſt quæ ripæ, nunquam floruerant, & diſcurrere lumina per ſyluas denſas ludo paſtorum, id eſt ob paſtorum ludum, qui ibi iubilantes, geſtienteſque ludebant, iocabanturque, & cantus lætos ad ſidera, que pro & audit voces diuinas, & paſſim, id eſt uulgò adueniſſe illuc numina teſtantia, id eſt ſignificantia, & confitentia Deum protinus. i. quamprimum hilaris. i. lætus cum voce tetendit ambas palmas ad cælum, & ita ſupple locutus eſt, ut ſequitur.

O MA-

O MARIS ò terræ, Diuumq;, hominũque repertor
Qui tua uel magno decreta incognita cælo
Detulit hic audax medijsq; abſcondit in undis?
Ipſe mihi hæc quõdam (memini) dum talia mecũ
Sæpe agitat, repetitq; uolens narrare ſolebat
Cæruleus Proteus, mendax, ſi cætera Proteus:
Non tamen hoc uanas effudit carmine uoces.
Adueniet, tibi Iordanis properantibus annis,
Adueniet, mihi crede, inquit, certiſſima cælum
Signa dedit, nec me deluſum oracula fallunt
Qui te olim Nili ſupra ſeptemplicis ortus
Supra Indum, & Gangem, fontemque binominis Iſtri
Attollet fama: qui te Tyberiq;, Padoq;
Præferet, atque tuos aſtris æquabit honores:
Cuius in aduentu triſtes diſcedere morbi
Corporibus paſſim incipient, iam uicta repente
Ceſſabit, turpes ſquamas, maculaſq; remittet
Dira lues; laceraſq; Elephas effuſus in artus
Vlcera ſanguineo ſiſtet manantia tabo.
Quin & lethales (dictu mirabile) febres
Diffugient iuſsæ, poſſeſſaq; membra relinquent.
Cedet, & infeſtæ uiolentior ira Dianæ
Ira nocens, quæ fulminea uelut iſta ruina
Corpora cum gemitu ad terrã proſternit & igni.
Interdum nunc perdere aqua (mirabile uiſu)
Feſtinat, ſtygio nimirum armata veneno

Exuperat uis,& ſpumas agit ore tumentes,
Nec iam ultra longo uires minuente ueterno
Tabificus per operta impunè uagabitur hydrops,
Exitio obrepens miſerorum, atq; omnia latè
Viſcera per uarios perdet tumefacta dolores;
Non alias uinctæ tam crebra ſilentia linguæ
Abrumpent, noctem aut toties, tenebraſq; priores
Excutient oculi, qui nunquam ſidera nunquam
Ardentem magni uiderunt, lampada ſolis.
Multa quidem maiora fide, ſed vera, ſed ipſos
Quæ teneant ſpectantum oculos poſſum ore referre:
Sed propero, ventura tamen mirabitur ætas
Cernere erit, claudos paſſim genua ægra trahētes
Firmato ſubitos extendere poplite greſſus
Tum neruis labefacta, diuq; trementia membra
(Quis credat niſi certa meus mihi cātet Apollo):
Reſtringi, & ualidas cum robore ſumere uires,
Atque alius rapto iuſſus conſurgere lecto,
Haud mora, proſiliet paſſuq; in templa citato
Contendens, onus ipſe humeris portabit: ibi ingens
Clamor & innumeræ circum donaria uoces
Spectantis populi, & rerum nouitate pauentis.
Parte alia extinctam penitus, ſenſuq; carentem
Ad ſua iam cernes reuocari munera dextram.

O MATER *ò terræ, &c.*} miratur fluuius, ſeu ipſius fluuij genius, & admirans mi

rum

rũm in modum lætatur ſuis abluiſſe aquis ſal uatorem, aduẽtu cuius tot innumerabilia bona mundo contigiſſent. Ordo eſt. O Repertor .i. creator maris, terræ, Diuum, que pro & hominum: quis audax ſupple ex magno cælo detulit huc? & abſcondit .i. cælauit tua decreta incognita .i. tuam inuiſibilem potentiam, ſeu virtutem in mediis undis? Ipſe cæruleus Proteus ſi mendax .i. ſi tanquam mendax ſolebat ſupple narrare cætera quondam (memini) dũ mecum agitat ſæpe talia, & volens repetit tamen non effudit voces vanas hoc carmine, quaſi dicat quamuis Proteus ſit mendax, & ſæpe in ſuis prænunciandis futuris mentitus ſit, attamen hoc quod ſequitur ueraciter prędixit. Proteus bis ſyllaba dictio Deus Marinus fuit iuxta Poetarum fabulas Oceani, & Tethyos filius, Neptuni Phocas in mari paſcens, idemque vaticiniorum peritiſſimus, & in quamlibet formam ſeſe tranſmutans, quẽ ita Geor. 4. Verg. deſcribit.

Eſt in Carpathia Neptuni gurgite vates
Cęruleus Proteus, magnũ qui piſcib. æquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum:
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuiſit
Pallenen, hũc & Nymphæ veneramur & ipſe
Grandæuus Nereus, nouit namque omnia vates,
Quæ ſint, quę fuerint, q̃ mox vẽtura trahãtur

Sed

Sed ad ordinem ſupple dixit mihi vaticinando Proteus ò Iordanis tibi annis properantibus, id eſt labentibus adueniet(mihi crede)inquit, quaſi dicat certe cęlum, quaſi dicat inde hoc mihi ſupple ab eo prænunciato dedit ſigna certiſſima nec oracula fallunt, nec deluſũ olim. i. futuro tempore ſupple adueniet, qui ſcilicet ille qui fama attollet te ſupra ortus Nili ſeptemplicis, id eſt ſeptem oſtia habentis: ſupra Indum, Indus eſt orientis fluuius a quo tota regio nomen accepit. & Gangem, Gãges Indiæ fluuius, maximus qui uniuerſam ſecat Indiam, que pro & ſupple ſupra fontem Iſtri binominis: Eſt autem Iſter fluuius Europæ permagnus & uocatur Abdubanum & Danubium, qui præferet te Thybri fluuio Italiæ celeberrimo. Et Pado, Padus eſt fluuius profluens è gremio mõtis Veſuli, atque æquabit honores tuos aſtris in aduentu cuius incipiẽt paſſim, id eſt vulgò è corporibus diſcedere triſtes morbi iam dura lues repentè victa, id eſt ſuperata numine, ſeu aduentu huius remittet .i. deponet maculas, id eſt infectiones, ſeu contagionem, que pro & ſquamas, id eſt pelles hominum eiuſdem contagione pollutas, ſeu animalium, quæ ipſa inuadere ſolet. Accipitur hic attamen lues pro omnibus morbis, quibus laborantes Chriſtus ſanabit, vt ſingulis verſibus de eiſdem loquentibus autorita-

tes ſingulas Euangel.afferemus. Vnde Matth. cap. quarto. Et obtulerunt ei omnes malè habentes uariis languoribus, & tormentis cõprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos &c. Et curauit multos, qui uexabantur variis languoribus, & Dæmonia multa eiiciebat &c. Cùm autem Sol occidiſſet omnes, qui habebant infirmos uariis languoribus, ducebant illos ad eũ: at ille ſingulis manus imponens curabat eos, exibãt autem Dæmonia a multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei Luc. quarto. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, quę cogoominatur Hebraicè Bethſaida, quinque porticus habens, in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorũ, & aridorum, expectantium aquæ motum, Angelus autem Domini, ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam, & mouebatur aqua & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Ioan. quinto. Et percurrentes vniuerſam regionem illam, cæperunt in grabatis eos qui malè habebant circumferre, ubi eum audiebant eſſe, & quocunque introibat in vicos, vel villas, aut ciuitatem, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant

Mat. c. 4

Mar. c. 4

Luc. c. 4.

Ioã. c. 5.

bant

Mar.c.6 bant. Marc.ſeſto. Erat autem docens in Synagoga eorum ſabbatis, & ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata , nec omnino poterat ſurſum reſpicere, quam cum uideret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi: mulier dimiſſa es ab infirmitate tua, & impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deũ. Luc. 13. Lues igitur, ut laurent. Vall. lib. Elegãtia-
Luc.c.13 rum 4. cap. 72. inquit, Eſt cum febris aliudve morbi genus, in vrbe, aut in agro ſæuit, ſiue ſolos homines, ſiue ſola pecora, ſiue vtroſque corripiens: Lues dicitur interdum etiam arbores, & ſata. Peſtis verò aut citò occidit, aut citò abiit ab eo quem inuaſit, quæ eadem dicitur peſtilentia. Itaque differunt duo hæc ut genus et ſpecies, que pro & Elephas, de
Pli.li.8. c.10. quo animali Plin. li. 8. cap. 10. ita inquit, Decem annis geſtare in utero vulgus exiſtimat, Ariſtotiles biennio, nec amplius, quàm ſemel gignere, pluréſque quàm ſingulos, viuere ducentis annis, & quoſdam trecentis iuuentus eorum a ſexageſimo incipit &c. Qui verò naturam eius ſcire velit, legat eundem a primo cap. uſque ad vndecimum, qui adamuſſim de eo loquitur: Poeta verò noſter hic poſuit pro Elephantia, ſiue Elephantiaſi neceſſitate ductus carminis: Nam Elephas, Elephantis dicitur animal ipſum Elephantiaſis, ſiue Elephan

tia

tia dicitur morbus, quem medicorum vulgus lepram uocat, quod carmen capere, nec pati poterat, rationem huius Elephantiaſis referunt ad Elephantis naturam, cuius cutis vlceroſis quibuſdam vallibus infeſtatur. Sedulius ſuo quoque eleganti carmine tot ægrotorum millia a Domino liberata, ita li.2. diuin. mirabil. inquit.

Alta dehinc ſubiẽs mõtis iuga plebe ſequẽte
Millia cæcorum, claudorum, millia paſſim
Leproſoſq; ſimul populos, ſurdaſq; cateruas,
Inualidaſq; manus, & quicquid debile vulgi
Venerat, in priſcum componit motibus uſũ,
Et reuocata ſuis attemperat organa neruis.

Iuuenc. quoque lib. 1. ita ait.

Ex in per terram Galilææ ſancta ferebat
Inſinuans populis regni præconia Chriſtus,
Donabatq; citam inualidis, ægriſq; medelam
Et mox crebra procul Syriam iam fama tenebat,
Mille ſonãs linguis præſentia munera Chriſti
Denique certatim languores, tabe pereſos
Diuerſiſq; malis nexos, queis longa dolore
Abſumpſit populãs membrorũ robora tabes
Monſtrabant Chriſto, facili ſed munere cunctos,
Reddebat properè miranda ad gaudia ſanos,
Iamq; animæ ipſius morbi, ſæuiq; furores
Et Lunç curſum comitata inſania mentis

Diſſerere graui ſermonis pondere iuſſa,&c.
Sedulius de muliere,quæ erat annis decem,
& octo inclinata,iuxta Luc.cap.13.ibidem 2.
libro.

Venerat & mulier morbo contracta vetuſto
Non ſenio tremebunda,gemens, incurua caducis
Vultibus, & ſolam deſpectans cernua terram
Quæ Domino miſerante iuge poſt octo decemque
Mẽbra leuat meſſes, cælũq; ac ſidera tandem
Cernit,& ardentem ſolis reminiſcitur orbis,
Totum erecta uidens,quia quos malus opprimit hoſtis
Ima petunt, quos Chriſtus alit ſine labe reſurgunt.

que pro & ſiſtet vlcera manantia .i. orientia, ſeu exeuntia tabo.i.corruptione ſanguinea tabo nomen eſt ſeptimi caſus, & Tabi genitiui. *Pl.li.26 1.cap.* Plin.quoque de Elephantiaſi loquens lib.26. cap.primo.inquit. Diximus Elephantias antẽ Pompeij magni ætatem non accidiſſe in Italia,& ipſam a facie ſæpius incipientem in nare primum veluti lenticula mox inualeſcente per totum corpus maculoſa variis coloribus, & inæquali cute alibi craſſa, alibi tenui, dura ceu ſcabie, aſpera ad poſtremum verò nigreſcente,& ad oſſa carnes, apprimente intumeſcentibus digitis in pedibus, manibuſque.

Aegy-

Aegypti peculiare hoc malum, & cùm in Reges incidiſſet, populis funebre, qui ope in balneis ſolita temperantur humano ſanguine ad medicinam eam. Et veniens ad eum leproſus, deprecans eum, & genu flexo dixit ei: ſi vis potes me mundare: Ieſus autem miſertus eius extendit manum ſuam & tangens eũ ait illi uolo mundare; & cùm dixiſſet ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt, &c. Marc. primo. Ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine ſi vis potes me mundare, & extendens Ieſus manum tetigit eum dicẽs volo mundare, & ſtatim mundata eſt lepra eius, &c. Matth. octauo. Et factum eſt cùm eſſet in una ciuitatum, & ecce vir plenus lepra videns Ieſum, & procidens in faciem ſuam rogauit eum dicẽs, Domine ſi uis, potes me mũdare, & extendens manum tetigit eum dicẽs uolo mundare, & confeſtim lepra diſceſſit ab illo, &c. Lucas cap. quinto. Et cùm ingredetur quoddam Caſtellum, occurrerunt ei decẽ viri leproſi, qui ſteterunt a longè, & leuauerunt uocem dicentes. Ieſu præceptor miſerere noſtri, quos ut uidit dixit, ite oſtendite vos ſacerdotibus, & factum eſt dum irent mundati ſunt, &c. idem cap. 17.

Mar.c.1

Mat.c.8

Luc.c.8.

Sedulius libro ſecundo de leproſi mundatione, ita etiam inquit.

Ecce autem medio clamans ex agmine turbę

ſtatim dicunt ei de illa, & accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius,& continuò dimiſit eam febris,& miniſtrabat eis, &c Marc. 1. Surgens autem Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simonis,ſocrus autem Simonis tenebratur magnis febribus, & rogauerunt illũ pro ea,& ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam, & continuò ſurgens miniſtrabat illis.Luc. quarto.

Iuuencus quoque eodem lib. 2. de Socru Simonis febricitante ita teſtatur.

Aedes inde Petri ſanctus penetrabat Ieſus,
Cui anhela ſocrus,æſtu,febriq; iacebat,
Vtq; illi dextram tetigit Saluator Ieſus
Sana miniſterium præbebat fœmina menſis.

Teſtatur etiam de hac febricitante Socru Simonis,Sedul.eod.2. lib. ita ſequitur.

More Petri validæ torrebat lampadis æſtu
Febris anhela ſocrum, dubioque in funere pendens
Saucia ſub gelidis ardebat uita periclis
Immenſuſq; calor, frigus lethale coquebat.
At poſtquã feſſos Domini manus attigit artus
Ingens ardor erat,totiſq; extincta medullis
Fõtis latentis aquę cecidit uiolentia flammæ.

Et ira uiolentior Dianæ,ira nocens, quaſi dicat omnibus aliis morbis uiolentior, morbus Lunæ nuncupatur vulgò,quæ,ſcilicet ira, ſeu ægritudo icta uelut ruina, id eſt ſagitta fulmi

nea proſternit corpora ad terram cum gemitu,& interdum feſtinat(mirabile uiſu) perdere igni,nunc perdere aqua . Experientia etenim hoc perdocet hoc morbo laborãtes eoſdemque inuadente ſe præcipites dant vbicunque inueniuntur in ignem,vel in aquam decidentes. Exuperat uis, id eſt violentia ipſius morbi armato ſtygio veneno & agit,id eſt agitat tumentes ſpumas ore. Et cùm veniſſet ad turbam,acceſſit ad eum homo genib. prouolutus ante eum,dicens: Domine miſerere filio meo,quia lunaticus eſt. & malè patitur. nam ſępe cadit in ignem,& crebrò in aquam, & obtuli eum diſcipulis tuis,& non potuerũt curare eam, reſpondens autem Ieſus ait. Generatio incredula, & peruerſa quouſque ero uobiſcum? uſquequo patiar uos? afferte huc illum ad me, & increpauit illum Ieſus, & exiit ab eo Dæmon, & curatus eſt puer ex illa hora,&c.Matth.decimoſeptimo. Nec iam vl
Mat. 17 tra,id eſt etiam hydrops, id eſt hydropem patiens tabificus,id eſt faciens tabem,ſeu corruptionem,impunè vagabitur per operta, id eſt per membra intrinſeca longo ueterno minuẽte uires. Eſt autem ueternum morbus ex nimio ocio perpetuum ſomnum inducẽs: hunc Auicẽna & recentiores medici ſubetum, ſeu ſubetium, Græci letargum nominant. obrepens,id eſt per membra diſcurrens exitio, id

eſt in exitium miſerorum, atque perdet latè; id eſt deſtruet omnia uiſcera tumefacta per varios dolores. Et factum eſt cum introiſſet Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum, & ecce homo quidam hydropicus erat ante illum, & reſpondẽs Ieſus dixit ad legiſperitos, & Phariſæos dicens: ſi licet ſabbato curare? at illi tacuerunt, ipſe uerò apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit, &c. *Lu.c.14*
Luc. cap. 14. Diuinorum mirabilium. Sedul. libro tertio inquit.

Poſt Phariſæorum cuiuſdam Principis intrat
Clarificare domum, non eſcam ſumere tantũ
Ad quam tunc facili cõuenerat ipſe precatu.
Hic homo perſpicuo diſtentus vẽtre tumebat
Plenus aquæ, grauidamque cutem ſuſpenderat aluus
Incluſam paritura necem, iam mẽbra fluebãt
Accreſcente ſinu miſeroſq; infuſa per arctus
Turgida ꝑ flatum macies, tenuauerat ęgrũ,
Inq; uteri ſpatium totus cõuenerat hydrops.
Non tulit hanc ſpeciem mundi Pater, & ſua tranſit
Sabbata non curãs, hominem curare paratus.
Quem uoluit magis eſſe ſuum, nam ſabbata propter
Condita ſunt hominem, ſed non homo ſabbata propter

gnificabat Deum Iſrael. Matth. quintodeci- *Mat.15*
mo. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens,
cæcus,& mutus,& curauit eum ita, vt loque-
retur,& uideret,&c. Idem cap. 12. Et egrediẽ
tibus illis ab Ierícho, ſecuta eſt eũ turba mul-
ta, & ecce duo cæci ſedentes ſecus viã audie-
runt, quod Ieſus tranſiret,& clamauerunt di-
centes: Domine miſerere noſtri, filii Dauid:
turba autem increpabat eos vt tacerent: at illi
magis clamabant dicentes, Domine miſerere
noſtri fili Dauid,& ſtetit Ieſus, & uocauit eos
& ait: quid uultis ut faciam vobis? dicunt il-
li, Domine vt aperiantur oculi noſtri miſer-
tus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum,
& confeſtim viderunt & ſecuti ſunt eũ, &c.
Matth. vigeſimo cap. Et tranſeunte inde Ieſu,
ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes, & dicen *Mat.20*
tes, miſerere noſtri fili Dauid. Cùm autem ve
niſſet acceſſerunt ad eum cæci, & dixit eis Ie-
ſus creditis, quia hoc poſſum facere vobis? di
cunt ei vtique Domine: tunc tetigit oculos eo
rum dicens, ſecundum fidem veſtram fiat vo-
bis,& aperti ſunt oculi eorum,&c. Idem no-
no. Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum
à natiuitate,&c. Et paulò poſt hoc, cùm dixiſ-
ſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo,
& liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei:
vade & laua in natatoria Siloe, quod interpre
tatur miſſus: abiit ergo, & lauit, & venit vi-
dens,

dens,&c.Ioann.cap.nono.Et veniũt Bethſaidam,& adducunt ei cæcum & rogabant eum vt illum tangeret, & apprehenſa manu cæci, adduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis interrogauit eum ſi quid videret,& aſpiciens ait, video homines velut arbores ambulantes, deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius, & cæpit uidere,& reſtitutus eſt. ita ut clarè videret omnia,&c. Marc.octauo. Dominus ſoluit cõpeditos: Dominus illuminat cæcos. Pſal. 145. Et venit Iericho, & proficiſcente eo de Iericho & diſcipulis eius,& plurima multitudine filius Timæi Bartimæus, cæcus ſedebat iuxta viam mendicans,qui cùm audiſſet, quod Ieſus Nazarenus eſt,cæpit clamare & dicere: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et cõminabantur ei multi,vt taceret, at ille multò magis clamabat: fili Dauid miſerere mei. & ſtans Ieſus præcepit illum uocari, & vocant cæcum dicẽtes ei: Surge Magiſter uocat te, qui proiecto veſtimento ſuo exiliens venit ad eum, & reſpondens Ieſus dixit illi, Quid tibi uis faciã? cæcus autem dixit, Rabboni vt videã, Ieſus autem ait illi,vade: fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim uidit,& ſequebatur eum in via.
Mar. 10 Marc. decimo.

Inde pedem referens geminos videt ecce ſequentes

Cęca-

Cæcatos clamare viros, fili inclyte Dauid.
Decute nocturnas extinctis vultibus vmbras.
Et clarum largire diem, quàm credere tutũ
Quàm ſanum eſt cognoſſe Deum. Iam corde
videbant
Qui lucis ſenſere viam: tunc cæca precantum
Lumina diffuſo ceu torpens ignis oliuo,
Inſtaurata ſuis radiarunt ora lucernis.

Sedul. libro ſecundo. & idem eodem libr. mirabil. diuinorum 3. *Sedul.li.*

Præterea geminos Dominus cõſidere cæcos,
Dum quoddam tranſiret iter, comitante caterua
Conſpicit extinctæ poſcentes munera formæ
Flebilibuſq; vagas implentes uocibus auras.
Nec cunctata ſolens pietas inferre ſalutem,
Quæ ſentit flagrare fidem, mox lumina tãgẽs
Euigilare iubet, quæ ſomnus preſſerat ingẽs,
Atq; diu clauſas reſerans ſub fronte feneſtras
Ingrediente die fecit diſcedere noctem.

Quidem, id eſt certe poſſum ore referre multa. ſ. miracula maiora fide, ſed vera quæ, ſcilicet teneant ipſos oculos ſpectantium, id eſt audientium & inde conſiderantium auribus arrectis & oculis, ſed propero, id eſt relinquo breuitatis cauſa, tamen ætas ventura mirabitur, prout mirata fuit Chriſto illa operante, cernere erat paſſim. i. vulgò claudos, trahẽtes genua ægra extendere greſſus ſubitos poplite

& venit in ciuitatem ſuam, & ecce offerebāt ei Paralyticum iacentem in lecto, & uidens Ieſus fidem illorum dixit Paralytico, ſurge tolle lectum tuum, & uade in domum tuam, & ſurrexit & abijt in domum ſuam, &c. idem cap. nono. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur, & cum nō poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerūt tectum vbi erat, & patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo iacebat paralyticus: Cùm autem vidiſſet Ieſus fidem illorum ait paralytico. fili dimittuntur tibi peccata tua, &c. Et inde, & ſtatim ſurrexit ille & ſublato grabato abijt inde coram omnibus, &c. Mar. 2. *Mar. c. 2*
Et erant viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum, & non inuenientes qua parte illum inferrent, præ turba aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerunt eum cum lecto in medium ante Ieſum, quorum fidem vt vidit dixit: homo remittuntur tibi peccata tua, &c. Et inde ait paralytico: tibi dico ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, & confeſtim conſurgens coram illis tulit lectum, in quo iacebat, & abiit in domum ſuam magnificans Deum, &c. Luc. 5.

Hinc alias Dominus Pelago delatus in oras
Intrauit natale ſolum, quo corpore naſci
Se voluit patriamq; ſibi pater ipſe dicauit.

Ecce aderant viuum portantes, iáq; cadauer
Bis bina ceruice viri, lectoq; cubantem
Vix hominem, cui uita manens, ſine corporis vſu
Mortis imago fuit, reſolutaque membra iacebant
Officijs deſerta ſuis, fluxoſq; per artus
Languida demiſſis pendebāt vincula neruis.
Hunc vbi virtutum Dominus cōſpexit egētē
Robore peccatis primum confirmat adēptis.
Quæ generāt augmēta malis, miſeroq; iacēti,
Surge ait, & proprium ſcapulis attolle grabatum,
Inq; tuam deſcende domū, nil iuſſa moratus
Cui fuerat conceſſa ſalus, veſtigia linquens
Tandem aliena, ſuis lætatur vadere plantis
Vectoremq; ſuum grata mercede reuexit.
Sedul. lib. 2.
Inde domū repedat terrarum lumen Ieſus,
Ecce reuerenti iuuenis torpentia membra
Officium quorum morbus diſſoluerat acer,
Ante pedes ponunt tepido recubantia lecto,
Quem miſerans animo, verbis cōpellat Ieſus.
Adſit certa tuæ iuuenis conſtantia menti:
Nam tibi pręteritus uitæ donabitur error,
Hoc dictū ſcribæ mentis per operta malignæ
Carpebant, quod verba Dei uirtute ferenda
Protulerat Chriſtus, ſed pectora talia cernens
Hoc, inquit, verbū Scribarum dicta retractāt

Quod

Quod quantũ facile fuerit dixiſſe ſequentis
Et dicti & facti pariter, virtute probabo,
Vt mihi conceſſum peccata remittere cernãt
Quapropter iuuenis firmato corporis vſu.
Surge vigens, ſtratumque tuum ſub tecta referto
Surrexit, lectũq; humeris iam fortibus aptat,
Per mediumq; vigens, populi mirantis abibat
Tunc timor, & laudes Domini per pectora plebis
Concelebrata ſimul miracula læta frequẽtãt.

Iuuenc. libro 2.

Parte alia ſupple cernes, id eſt quilibet cernere poterit dextram, ſcilicet manum penitus extinctam, ideſt mortuam & aridam, que pro & carentem ſenſu iam reuocari ad ſua munera, id eſt ad ſanitatem ſeu priſtinum robur. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes, ſi licet ſabbatis curare? vt accuſarent eum, ipſe autem dixit illis: quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior eſt homo oue? itaque licet ſabbatis benefacere, tunc ait homini extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera, &c. Matth. duodecimo cap. Et introiuit iterũ in Synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam, & obſeruabant eum ſi ſabbatis

Sicut ſemper agit nil tollit, & omnia reddit.
Sedul. libro ſecundo.

Nec minus & tacta compeſci uecte cruorem
Fœmineum: exangueiſq; artus, pallentiaq; ora
Ilicet obſtructis calefacta rubeſcere uenis.
Ipſas quinetiam furias ſub tartara pelli
Immanes Erebi furias, tum feſſa leuari
Pectora, uexatoſq; malis cruciatibus artus,
Hinc uacuas latè impleri ſtridoribus auras
Dirarum fruſtra clamantum, ac ſæua trementũ
Verbera, perq; cauas conantum euadere nubes.
Iam deploratis uitam poſt funera reddi
Corporibus uideo: iam mæſtam incedere pompã,
Feralemq; anteire tubam: mox gaudia matrum
Inſperatam, patrũq; hilares verſo ordine fletus,
Et circumfuſam populis lætantibus urbem.
Huic tu mutantes quoties aſſurgere montes
Et (mirum) inſuetas curuare cacumina ſyluas
Aſpicies? quoties humenti in gramine ripæ,
Aut ſolantem æſtus, aut lenes pectore ſomnos
Carpentem, tenui aſſueſces mulcere ſuſurro?
Macte tuis merito ripis, macte omnibus undis,
Ad te depoſito properabunt numina faſtu,
Nudabuntq; ſacros artus, & carmina dicent
Ad numerum: cum tu felix iam flumine ſancto
Authorem rerum, Diuumque hominumque parentem

(Tantus honos, laus tanta tuo Rex maxime fonti)
Exutum ueſte accipies, atque hoſpite tanto
Attonitus, trepidas hortabere uoce Napæas.
Ite citæ, date thura pias adolenda per aras
Cæruleæ comites: uiridiq; ſedilia muſco
Inſtruite, & uitreis ſuſpendite ſerta columnis.
Purpureas miſcete roſas, miſcete hyacynthos,
Liliaq;, & pulchro Regem conſpergite nimbo.
Tunc nomen latè clarum Iordanis ad auras
Attollent montes: Iordanem maxima circùm
Aequora, Iordanem ſyluæq;, amneſq; ſonabunt.
Illa autem humanis, quamuis latura ruinis
Auxilium, finemq; dies gratiſſima quamuis
Vrbibus adueniat, totumq; optanda per orbem
Fluminibus tamen, & noſtris felicior undis
(Si qua fides, ſi qua eſt ueri prudentia Proteo)
Oſtendet roſeos ſtellis ridentibus ortus
Quandoquidē non diuitias, non quæret honores
Ille patris decus, ac uirtus mortalia poſtquam
Membra ſibi, & fragiles iam ſponte induxerat artus.
Non ſceptrum inuadet Cypri, non Caſpia Regna
Diripiet. non exuuijs Babylona ſuperbam
Eruet; aut alto ſcandet Capitolia curru
Militibus circùm, & læto comitante Senatu:
Sed maris undiſoni tractus, & littora longè
Curua ſecans, media ſocios ſibi quæret in acta.

NEc *minus, &c.*} Proſequitur hucuſque miraculorum operationē, quam ſibi inquit prædictum fuiſſe multo ante tempore a Proteo, vt vidimus. Ordo eſt. Nec minus, id eſt etiam ſupple cernere erit fęmineū cruorem compeſci, id eſt frenari tacta veſte.ſ. Chriſti, que pro & artus exangues, id eſt ſanguine exauſti, & ora pallentia.i. ob nimiā ſanguinis effuſionem ilicet calefacta rubeſcere, id eſt rubedinem, ſeu ſolitum calorem indicare venis obſtructis.i. clauſis, quaſi dicat mulier ſanguinis fluxum patiens, pallida facie, exauſtiſque membris, tangens Saluatoris veſtē ſana effecta eſt. & ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò & tetigit fimbriam veſtimenti eius, dicebat enim intra ſe, ſi tetigero tantum veſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & uidens eam dixit: Confida filia fides tua te ſaluam fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Matth. nono. Et mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpleſſa a compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat, cum audiſſet de Ieſu, venit in turba retrò, & tetigit veſtimētum eius, dicebat enim quia ſi vel veſtimentū eius tetigero, ſalua ero, & confeſtim ſiccatus

eſt fons ſanguinis eius,& ſenſit corpore, quia ſanata eſt a plaga,&c. Marc. quinto. & mulier quæ erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab ullo potuit curari, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius, &c. Luc. octauò.

Mar. 5.

Iuuenc. 2. libr. Euangel. hiſto.

Progreſſi mulier ſequitur ueſtigia ſeruans,
Quàm langure graui bis ſex labentib. annis
Torquebat fluxus lacerans ſine fine cruoris,
Viribus abſumptis, & toto corpore feſſa,
Pectoris hæc tacitam uoluebat credula mẽtẽ
Arcana, ſecumq; fide iam certa tenebat
Actutum feſſo fugeret, quòd corpore tabes,
Extremam Chriſti poſſet ſi tangere veſtem.
Hæc vbi per populum ſummi pendẽtia pepli
Fila manu trepida tractauit protinus ille,
Et cauſas morbi, & credentia pectora cernẽs
Conceſſit celerem tali cum uoce ſalutem.
Accipe quod meruit fidei conſtantia munus,
Et mox conſtricto viguerunt ſanguine venæ, &c.

Quinetiam, id eſt inſuper ipſas furias, id eſt Dæmones furias immanes pelli ſub tartara Erebi inferni, tum. i. deinde pectora. i. corpora feſſa, id eſt obſeſſa, & vexata ab eis leuari. i. liberari, que pro & artus vexatos malis cruciatibus

tibus,id eſt Dæmoniacis tormentis. Hinc, id eſt ex iſta liberatione,ſeu expulſione Dæmonum a Redemptore facta auras vacuas latè impleri ſupple cernere erit ſtridoribus Dirarum,id eſt Dæmonum clamantum pro clamātium,& ſtridentium fruſtra,& ac trementum pro trementium ſæua uerbera, id eſt Domini cum verbum eos expellens, que pro & conantum euadere, id eſt aufugere per cauas nubes .i.per aera,veſpere autem facto obtulerunt ei multos Dæmonia habentes & eiiciebat ſpiritus verbo, & omnes malè habentes curauit, &c.Matth.octauo. & paulò poſt ſubſequitur Euangeliſta. cùm veniſſet Ieſus transfretum in Regionem Genazenorum occurrerunt ei duo habentes Dæmonia de monumentis exeuntes ſęui nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per uiam illam, & ecce clamauerunt dicētes. Quid nobis & tibi Ieſu fili Dauid? veniſti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens: Dęmones autem rogabant eum dicentes: ſi eiicis nos hinc, mitte nos in gregē porcorum,& ait illis ite, at illi exeuntes abierunt in porcos. & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis,&c. Inde. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis,& ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa,clamauit dicens ei, miſe- *Mat.c.8*

rere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à Demonio vexatur, &c. Et tandem ſcimus poſt continuam perſeuerantem iugem, & humilē orationem mulieris, Saluatorem exaudiuiſſe, & filiam liberauiſſe: cùm dixit vade magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, & ſanata eſt fi-
Mat. 15 lia ex illa hora. Idem. Matth. quintodecimo. Et erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo & exclamauit dicens. Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene veniſti ante tēpus perdere nos? Scio quòd ſis Sanctus, Dei, & comminatus eſt eis Ieſus dicens, obmuteſce, & exi de homine, & diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans uoce magna, exiit ab
Mar. 1. eo, &c. Marc. primo. Et exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis, & denique catenis iam quiſquam poterat eum ligare, quoniam ſæpe compedibus & catenis uinctus dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eū domare, & ſemper die ac nocte in monumentis, & montibus erat clamans & concidens ſe lapidibus, videns autem Ieſum à longè, cucurrit & adorauit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deum ne me torqueas: dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine iſto, & interrogabunt eum, Quid tibi nomen

eſt

eſt? Et dicit ei, Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus, & deprecabantur eum multum ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens in agris, & deprecabantur eum ſpiritus dicentes: mitte nos in porcos, vt eos introeamus, & conceſſit eis ſtatim Ieſus, & exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari, &c. Idem quinto. Et in Synagoga erat homo habens Dæmonium immundum, & exclamauit voce magna. Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te qui ſis Sanctus Dei, & increpauit illum Ieſus dicens obmuteſce, & exi ab eo. Cùm proieciſſet illũ Dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilq; illi nocuit, &c. Luc. quarto. Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur, & omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. &c. idem ſexto. Et cùm de naui egreſſus eſſet ad terrã, occurrit illi vir qui habebat Dæmonium iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis: is vt vidit Ieſum procidit ante illum, & exclamans uoce magna dixit: quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te ne torqueas. præcipiebat enim ſpiritui immun- *Luc.*

do, vt exiret ab homine; multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus, & ruptis vinculis agebatur a Dæmonio in deſerta: interrogauit autem illum Ieſus dicens: quod tibi nomen eſt? at ille dixit legio, quia intrauerunt Dæmonia multa in eum, & rogauerunt illum ne imperaret illis, ut in Abyſſum irent. erat autem ibi grex porcorum multorum paſcẽtium in monte, & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi, & permiſit illis: exierunt ergo Dęmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum & ſuffocatus eſt. & c. Luc. octauo capit.

*Luc.c.*8. Et ecce vir de turba exclamauit dicens: Magiſter obſecro te reſpice in filium meũ, quia vnicus eſt mihi, & ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubitò clamat, & elidit, & diſſipat eũ cum ſpuma, & uix diſcedit dilanians eum, & rogaui diſcipulos tuos, vt eiicerent illud, & non potuerunt. Reſpondens autem Ieſus dixit: O generatio infidelis & peruerſa, vſquequo ero apud vos & patiar vos? adhuc huc filium tuum, & cùm acceſſiſſet, eliſit illum Dæmonium & diſſipauit, & increpauit Ieſus Spiritum immundum, & ſanauit puerum, & reddidit illum patri eius & c. Idem nono. capite. Interea Placido tranſuectus marmore puppim

Lique-

Liquerat, & medios luſtrabat paſsibus agros:
Cùm procul è tumulis gemino ſtridore ruentes
Proſiliere viri, quos nō mala Dæmone pauco
Sed legio uexabat atrox, nexuq́; cruento
Sæua catenatis geſtabant vincla lacertis;
Angebat quoque pęna duplex, heu dira furoris
Conditio, qui vim patitur, magis ille ligatur.
Tūc Domini præcepta tremēs exire iubentis
Spiritus infelix hominem non audet adire
Effigiem repetens, quam Chriſtum cernit habere;
Sed pecus immunda gaudens lue, ſemper amicum
Sordibus, atq; olido conſuetum viuere cœno
Pro meritis petiere ſuis, triſteſq; Phalanges
Porcinum tenuere gregem, niger hiſpidus horrens,
Talem quippe domum dignus fuit hoſpes habere.

Sedul. lib. 2. Mirab. Diuin.

Poſtquam corporeos virtus ingreſſa per artus
Texit odoratam carnis velamine formam,
Atque palàm Dominus populis dedit: ecce repente,
Vir humilis mæſto deiectus lumina uultu
Procedit, ſupplexq; manus, & brachia tendit
Imploratq; gemens: unus mihi filius, unus

Eſt Domine, horrẽda lacerat quẽ ſpiritus ira,
Nec linquit niſi mergat aquis , aut ignibus atris
Opprimat,atque animam dubia ſub morte fatigat,
Hunc precor expulſo miſeratus vtrũq; furore
Redde mihi vel redde ſibi, nec cæca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine vitam.
Dixerat,& genua amplectens,genibuſque volutans
Hęrebat, Dominuſq; Pio iam pectore votis
Annuerat,tunc prædo fures ac noxius hoſtis,
Cui poſſeſſa diu eſt aliena fabrica iuris,
Peruaſa migrare domo compulſus in iram
Tollitur accenſam, correptaque carpere mẽbra
Nititur,& fruſtra Domino prohibẽte laborãs
Fugit in obſcuras puero viuente tenebras.
Sedul.2.eod.de vnici filij a ſpiritu vexati liberatione.
Et idem alio capite eiuſdem 2.lib.
Iáq; Capharnææ Synagogã intrauerat vrbis
Ritè docens populos, quem cum vidiſſet iniquus
Humano ſub corde latens clamore proteruo
Spiritus infremuit, quid nobis & tibi dicens
Perdere nos heu Chriſte venis? ſcio denique qui ſis,
Et ſanctum cognoſco Dei,nec plura locutus,
Impe-

Imperio terrente tacet,hominemq; reliquit
Pulſus & in vacuas, fugiẽs euanuit auras, &c.
Idem eiuſdem lib. 2. alio cap.
Iam Geraſenorum ſteterat ſub littore puppis:
Ecce ſed egreſſo iuuenis (mirabile dictu)
Occurrit,miſeram cui mentem ſpiritus ater
Horrenda implebat lacerans uirtute furoris.
Illi grata domus tetris habitare ſepulchris,
Nec poterat rapidum, quiſquam retinere furorem,
Fortia quin etiam rumpebat vincula ferri,
Scindebatq; graues, ut lanea fila catenas,
Etiam compedibus leuis inſultare ſoluto
Ludus erat,ſaxiſq; ferum concidere pectus.
Iſq; ubi pergẽtem Chriſtum per littora vidit,
Cum clamore ruit,longeq; accurrit adorans.
Regnatis ſemper Domini certiſſima proles,
Oramus ne nos ſolitæ regionis ab oris
Excutias,valde tormentis excruciatos:
Nam nomen legio eſt, nobis, multoſque ſub vno
Nomine conſociat flatus vis ſola nocendi.
Cernis vt immundi ſubigũt,hęc paſcua porci
His ſaltem liceat rabiem ſatiare repulſam
Per patris altithoni nomẽ ſublime rogamus.
Imperat his hominis mẽtem dimittere Chriſtus
Porcorumq; ſinit gregibus ſinire furores.
Iãq; hominis ſtupidũ diſcuſſo dęmone pectus

In-

Inſpirata ſuæ venerantur dona ſalutis,
Et iam præcipites ſcopulorum margine porci
In mare deiecti, properant diſperdere vitam.
At verò è ſpeculis miracula tanta pauentes
Diffugiunt, vrbiſq; ruunt ad tecta ſubulci,
Et famam ſpargunt, populoſque ad littora cogunt.
Inſanum verò iuuenem poſtquam reſipiſſe
Credere cernentum populorum turba coacta eſt.
Orabant pauidi Regionem linqueret illam.
Iuuenc. lib. 2. de Euang. hiſto.

Iam video uitam (ſubſequitur conſtructio) poſt funera reddi deploratis corporibus iam incedere mæſtam pompam, id eſt exequias, que pro & tubam feralem. i. lugubrem, ſeu exitialem ad defunctos pertinentem anteire, id eſt præcedere, ſcilicet cadauer. mox gaudia inſperata, id eſt non conſiderata, ſeu præuiſa matrum, & fletus hilares verſo ordine, id eſt mutato patrum, & vrbem circumfuſam populis lętantibus. hæc illo loquente, ad eos, ecce Princeps vnus acceſſit, & adorabat eum dicens. Domine, filia mea modò defuncta eſt, ſed veni impone manum tuam ſuper eam & viuet. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli, & cum ueniſſet Ieſus in domũ Principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuãtem dicebat: recedite non enim eſt mortua

puella, ſed dormit, & deridebant eum. Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit manum eius, & dixit: Puella ſurge; & ſurrexit puella, &c. Matth. nono. Et venit quidam de Archiſynagogis nomine Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum dicens, quoniam filia mea in extremis eſt, veni impone manum tuam ſuper eã, vt ſalua ſit, & viuat, & abijt cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eũ, & paulò poſt ſequitur Euangelium. Ad huc eo loquente veniunt nuncij ad Archiſynagogum dicentes, quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrum? Ieſus autem audito verbo, quod dicebatur, ait Archiſynagogo: noli timere tantummodò crede, & non admiſit quemquam ſe ſequi niſi Petrum & Iacobũ & Ioannem fratrem Iacobi, & veniunt in domum Archiſynagogi, & vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum, & ingreſſus ait illis: quid turbamini & ploratis? Puella non eſt mortua, ſed dormit & irridebant eum: ipſe verò eiectis omnibus aſſumit patrẽ & matrem puellæ, & qui ſecum erant & ingrediuntur, vbi puella erat iacens; & timens manum puellæ, ait illi. Tabithacumi, quod eſt interpretatum puella tibi dico ſurge, & confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat, erat autem annorum duodecim, &c. Marc. quinto. Et factũ *Mar. 5.*

eſt

eſt deinceps ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim,& ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa: cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur vnicus filius matris ſuæ,& hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa,quam cùm vidiſſet Dominus miſericordia motus ſuper eã, dixit illi: noli flere & acceſſit, & tetigit loculum: hi autem qui portabant,ſteterũt, & ait: adoleſcens tibi dico ſurge, & reſedit, qui erat mortuus, & cæpit loqui, & dedit illum matri ſuæ,&c. Luc. ſeptimo. Et ecce venit vir, cui

Luc.7. nomine Iaurus,& ipſe Princeps Synagogæ erat,& cecidit ad pedes Ieſu rogans eum, vt intraret in domum eius, quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim,& hęc moriebatur, & contigit dum iret a turbis, comprimebatur, & paulò poſt ſequitur Euangelii textus. Adhuc illo loquente venit quidam ad Principem Synagogæ dicens ei, quia mortua eſt filia tua,noli vexare illum. Ieſus autem audito hoc verbo reſpondit patri puellæ, noli timere: Crede tantum,& ſalua erit. Et cùm veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum, quemquam,niſi Petrum & Iacobum & Ioannem,& patrem & matrem puellæ. flebãt autem omnes, & plangebant illam, at ille dixit nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit, & deridebant eum ſcientes, quòd mortua

tua eſſet, ipſe autem tenens manum eius clamauit dicens: Puella ſurge, & reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò, & iuſſit illi dare manducare, &c. Luc. cap. octauo. Hæc cùm dixiſſet voce magna clamauit: Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus ligatus manus & pedes inſtitit, & facies illius ſudario erat ligata, dixit eis Ieſus: ſoluite eũ, & ſinite abire, &c. Ioan. vndecimo. *Ioã. 11.*

Talibus inſignis virtutibus ibat in vrbem,
Quæ ſit dicta Naim, populo uallatus opimo,
Et grege diſcipulum, miſerum cùm comminus ecce
Cõſpicit efferi iuuenem, gelidumq; cadauer
Pluribus exequijs, & inani funere paſſum
Triſte miniſteriũ, cuius ſors inuida matrem
Iam dudum vidua gemina uiduauerat vrna.
Nec remorata diu pietas inimica doloris
Auxilium uitale tulit, tactoq; pheretro,
Surge ait ò Iuuenis, parenſq; in tẽpore dicto
Mortuus aſſurgit, reſidenſque, loquenſq; reuixit.
Atq; comes genitricis abit, nã funere torpẽs
Et licet amiſſæ paſſus diſcrimina uitæ
Non poterat famulus Domino clamante tacere,
Nec uita præſenti mori. Mox agmine verſo
Deponẽs trepidum recidiuo tramite luctum,
Candida felicem reuocauit pompa parentẽ.

Sedulius libro tertio.
Et idem eodem tertio de reſurrectione Lazari.
Ergo ubi clamãtis Domini ſonuit tuba dicẽs,
Lazare perge foras,magno concuſſa pauore
Tartara diſſiliunt,Erebi patuere receſſu s,
Extimuit lethale chaos, mortiſq; profundæ
Lex perit,atq; anima proprias repente medullas,
Cernitur ante oculos, uiuens aſtare cadauer.
Poſtquàm ſepulchralem tanquam recreatus honorem
Ipſe ſibi moriẽs, & poſthumus extat & hęres.
Et Iuuen.lib.ſuo 2.quoque ait.
Poſtquã peruẽtũ eſt,vbi funera virginis ingẽs
Plangentis populi fremitus,clãgorq; tubarũ
Vltima ſupremæ celebrabat funera pompæ,
Abſcedant,inquit,veſtris hæc triſtia teſtis:
Namq; puella iacet placido dimerſa ſopore
Defunctam retur flentum, quã neſcia plebes
Talia dicentem ridentum turba reliquit,
Quod morte abreptam dixit dormire puellã.
Sed Chriſtus lethi victor,vitæq; repertor
Frigentis dextrã dignatus prehendere dextra
Surgere mox iuſſit, mirãda ad gaudia Patris.
& idẽ de reſurrectione Lazari inquit li.4.
Hæc ubi dicta dedit, ſaxũq; immane reuulſis
Obijcibus patuit,uirtus mox conſcia cælum
Suſpicit,& tali genitorem uoce precatur.

Exi-

Eximias grates genitor tibi ſanĉte fatemur
Me placidus ſemper venerandis aurib. audis:
Sed populus præſens me miſſum credere diſcat,
Hæc vbi dicta dedit, tumuli mox limine in ipſo
Reſtitit, aduerſo complēs caua ſaxa canore.
Lazare ſopitis redeuntem ſuſcipe membris
En animā, tuq; ipſe foras te prome ſepulchro.
Nec mora, connexis manib. pedibuſq; repēte
Procedit tumulo, vultum cui linea texit,
Et totum gracilis connectit faſcia corpus,
Tum ſolui iuſſit, lætumque ad tecta remittit.
&c.

Meritò Chriſti virtutem contemplans Ambroſius inquit. Omnia nobis Chriſtus factus eſt, ſi febribus æſtuas, fons eſt, ſi vulnus habes medicus eſt, ſi mortem timeas vita eſt, ſi auxilio indiges, virtus eſt, ſi cibum quæris, alimentum eſt. Sed redeamus ad conſtructionem. Huic ſcilicet venturo Chriſto tu inquit Proteus, ſcilicet Iordanis quoties aſpicies aſſurgere montes mutantes, id eſt montes excelſæ magnitudinis aſſurgere, & Chriſto reuerētiā præbere, & (mirum) ſyluas inſuetas curuare. i. inclinare cacumina ad reuerentiam etiam ipſi præſtandam, quoties ſei licet tu aſſueſces ſuſurro tenui, id eſt leuiter ſonanti, ſolantem. ſ. ipſum æſtus aut carpentem ſomnos leues pe- *Ambr.*

V ctore?

ctore? quaſi dicat ſæpe in gramine humenti ripæ.ſ.tuæ Macte.ſ.ò Iordanis.i magis aucte, ſeu accumulate virtute ſeu dignitate: Macte eſt vocatiuus a nomine mactus,macta,mactū .i.magis auctus. Eſt autem dictio, quæ laudat, ſeu hortatur puerum,quem probitate creſcere videt: Conſtruitur cum genitiuo, & ablatiuo,vt: macte virtutis,ſeu virtute. Hic verò cū ablatiuo, vt: macte tuis ripis. Meritò macte omnibus undis numina, id eſt Nymphæ fluminum depoſito faſtu .i. ſuperbia properabūt ad te, que pro & nudabunt ſacros artus, & dicent, id eſt canent carmina ad numerum, id eſt ad metrum, ſeu menſuram: cùm tu felix iam ſancto, ſcilicet tuo flumine, id eſt alueo tuo excipies exutum veſte.i. nudum authorē rerum.i. totius opificem, quæ pro & parētem Diuum pro Diuorum & hominum (ò ſupple Rex maxime,ſcilicet fluminum omnium tantus honos,tanta laus,ſupple erit tuo fonti, atque attonitus.ſ.tu tanto hoſpite voce, ſcilicet tua hortabere trepidas Napæas.i. Deas colliū & florum ſupple dicens eis: ite, citæ,id eſt feſtinæ date thura adolenda.i.comburenda per pias aras. comites cęruleę.i.Nymphæ.ſ.fluminum ſic dictæ a maris colore,ſeu cæli & inſtituite.i.ædificate ſedilia.i. ſedes viridi muſco, id eſt in viridi herba naſcenti in locis humidis,& in fluminum, ſeu fontium ripis, & ſuſpendite

ſpendite ſerta columnis uitreis, miſcete roſas purpureas, miſcete hyacinthos, hyacinthus eſt flos rubens, que pro & lilia & conſpergite Regem, id eſt Chriſtum pulchro nimbo, id eſt pulchra florum copia, ſeu congerie veluti nube. Tunc montes attollent nomen clarũ Iordanis latè ad auras.i. ad ſidera maxima æquora circũ Iordanem.ſ.te amnes, que pro & ſyluæ ſonabunt .i. reſonanda canent Iordanẽ autem illa dies.ſ. Dominici aduentus primi, quamuis ſupple ſit latura auxilium humanis ruinis & finem, quamuis gratiſſima adueniat vrbibus,& optanda per totum orbem, tamen ſupple erit, ſeu adueniet felicior fluminibus, & noſtris vndis, reddit rationem (ſi qua pro aliqua fides, ſi qua pro aliqua prudentia veri eſt Proteo) quaſi dicat ſi Proteo adhibẽda eſt fides oſtendet ſupple illa dies ortus roſeos, id eſt natiuitatem Saluatoris ridentibus ſtellis, quandoquidem ille.ſ. Chriſtus decus appoſ: patris ac uirtus poſtquam induxerit.i. induerit membra mortalia,& iam ſponte artus fragiles, non quæret diuitias ſibi, non honores, non inuidebit.i. inhians aſpirabit ad ſceptrũ Cypri,Cyprus eſt Inſula in Carpatio mari inter Ciliciam & Syriam, diues, luxui dedita, vnde & Veneri ſacra eſt: in ea mercatus erat, quondam nouem regnorum ſedes, vrbes in ea preclaræ, Non diripiet regna Caſpia i. ma-

ria, quę inter Caſpios & Hircanos mõtes ſunt non eruet Babylona ſuperbam exuuijs. i. ſpolijs, ſeu trophæis, aut ſcandet Capitolia alto curru. Capitolium eſt locus Romæ ſic dictus a capite hominis ibi reperto, dum foderēt fundamenta. Circùm militibus ſupple comitantibus, & læto ſonitu etiam comitante, quaſi dicat non mundanam ſibi appetet pompã, aut ſuperbiam, ſed ſecans. i. calcans littora longè curua & tractus maris undiſoni quęret ſibi ſocios in media acta: Acta dicitur littus, vt exponit Seruius in illo Maronis Aenei. quinto.
Ma. Aenei. 5. dum dicit,

At procul in ſola ſecreta Troades acta.

DISPERSOSQVE *mari nautas, nudoſq; colonos*
Vndarum, ſinuoſa fretis iactare parantes
Retia, uexatas aut iam reparare ſagenas,
Sollicitos patris ad ſolium, ac ſua tecta uocabit,
Atque ollis ius omne, poteſtatẽmque medendi
Adijciet: pellent morbos, denteſq; retundent
Vipereos: orciq; acies, ac monſtra fugabunt.
Quin & cuſtodes, foribus radiantis olympi
Præficiet, ſeruare aditus, & clauſtra iubebit
Aurea, queis non ulla queat uis ſæua nocere
Eumenidum, duriq; umbrarum obſiſtere poſtes.
Tum ſedes paſſim emeritis duodena per aſtra
Inſtituet, diſtincta ſuos de more ſequetur

Tur-

Turba Duces, illi leges & ſancta uocatis
Iura dabunt plauſu ſociorum, atque agmine læti.
Felices, qui iam cymba, remiſque relictis
Alta ſerenati conſcendent culmina cæli.
Præterea (ſi certa fides, nec uana futuri
Gaudia) cognatas etiam ſpectabimus undas
Lenæos uerti in latices, ea prima Deum Rex
Arcana, hos primos per ſigna oſtendit honores
Accepti latè imperij, mirabitur auctus
Lympha ſuos, iuſſa inſuetum ſpumare capaces
Per pateras, largeq; nouum, diffundere nectar,
Et menſas hilarare, & felices hymenæos,
Nec ſemel ille altum remis euictus in æquor
Cùm iam fruſtrato ſocios rediſſe labore
Accipit, præda ingenti ditabit & udas.
Squamigerum ſtrata cumulos exponet in alga;
Iratos etiam fluctus, tumidaſq; procellas
Miſcenteſq; imo turbatam gurgite arenam,
Iamq; ſuperiecto merſuras æquore puppim
Imperio premet increpitans, cadet arduus undæ
Impetus, atq; audiſſe minantis iuſſa putares
Euroſq;, zephyroſq; & ouantes turbine coros.
Quid loquar, ut gemino numeroſas piſce catervas Mar. 6.
Munere, & exiguo Cereris miſerabile uulgus
Matres, atque uiros, pariter per gramina paſcet,
Vt iam bis ſenis redeant fragmenta caniſtris?
Aut intempeſta gradiens, ut nocte per altum
Libera ſub ſtrato ponet ueſtigia ponto,

Vixq; undas ſicco tanget pede? ſcilicet olli
Adnabunt blandæ Nereides humida paſſim
Sternent ſe freta: tum fundo Neptunus ab imo
Excitus, agnoſcet Dominum: poſitoq; tridente
Cum Phorco, Glaucoq;, & ſemifero comitatu
Proſiliet, trepiduſq; ſacris dabit oſcula plantis.
Sed quid ego exili uectus ſuper alta phaſello
Cuncta ſequor memorans? non ſi Parnaſia Muſæ
Antra mihi, ſacroſq; aditus, atq; aurea pandant
Limina, ſufficiam non ſi mihi ferrea centum
Ora ſonent, centumq; ærato è gutture linguæ
Vocibus, expument agitantem pectora phœbam
Laudatos ualeam uenturi Principis actus
Enumerare, nouoq; amplecti ſingula cantu.

DISPERSOSQVE *mari, &c.* Narrat hic perſequendo incæptum Chriſtũ non ad hoc in mundum veniſſe, vt honores affectaret mundanos, & eligeret ſibi procerumq; nobiliumque comitatum caternam, at paupe res, humiles, & piſcatores, & demum non veniſſe miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animá ſuam in redemptionem pro multis, ut ipſemet teſtatur. Matth. vigeſimo. Ordo eſt, que *Mat. 20* pro & ſupple quæret nautas diſperſos mari, & nudos colonos vndarum parantes iactare retia ſinuoſa fretis, aut iam ſollicitos reparare ſagenas uexatas. i. diſſipatas, & laceratas voca bit ad ſolium patris ac ſua tecta. Ambulans

autem Ieſus iuxta mare Galileæ, uidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piſcatores) & ait illis, venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum: at illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eũ, & procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum reficientes retia ſua, & vocauit eos illi autem ſtatim relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eum, &c. Mat. quarto. Et pręteriens ſecus mare Galileæ, vidit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia in mare, erant enim piſcatores, & dixit eis Ieſus: venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum, & protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum: & progreſſus inde pu ſillum, vidit Iacobum Zebedæi, & fratrem eius, & ipſos componentes retia in naui, & ſtatim vocauit illos, & relicto patre ſuo Zebedæo in naui cum mercenarijs ſecuti ſunt eũ, &c. Marc. primo. Aſcendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere puſillum, & ſedens docebat de nauicula turbas, vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam, & reſpondens Simon dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus, in verbo autem tuo laxabo rete, *Mar. 1*

& cùm hoc feciſſet, concluſerunt piſciũ multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos, & venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur. Quòd cùm videret Simon Petrus procidit ad genua Ieſu, dicens exi à me, quia homo peccator ſum Domine, ſtupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piſcium, quam cæperãt. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis, & ait ad Simonem Ieſus: noli timere ex hoc iã homines eris capiens, & ſubductis ad terram nauibus relictis omnibus ſecuti ſunt eum, &c. Luc. quinto.

Hinc maiora docens populos cæleſtia verum,
Se reſerat ſermone Deum turbaſque frequentes,
Quæ nimis irruerant, cupiens uitare parũper
Stagna petit parua, reſideſq; Simonis in aula
Littore ſiſtentem firmabat ab æquore plebẽ,
Et dictis iam finis erat, tunc altius actam
In Pelagus iubet ire ratem, vaſtoq; profundo
Retia dimitti piſcantia, quæ nihil omnem
Claudere per noctem vacuo potuere labore.
Simo parat ouans, & aquoſis gentib. inſtans
Linea clauſtra iacit, tantumque immanis apertos

Impleuit captura ſinus, vt præda redundans
Turbaret geminas cumulato piſce carinas.
Nam ſocia iſtic puppis erat, ſic maxima ſæpe
Gaudia non ferimus, propenſaque vita timemus,
Quodque Deo facile eſt, homines optare nec audent.

Sedul. eod. lib. ſuo tertio.

Atq; ollis pro illis: Anthiteſis eſt, vt diximus adiiciet. i. dabit omne ius, que pro & poteſtatem medendi, pellent morbos & retūdēt dentes vipereos, & acies orci. i. Diaboli orcus eſt infernalis fluuius, ſeu inferni obſcuritas. Hic verò accipitur pro Diabolo, ac fugabunt monſtra. i. ſpiritus malignos a corporibus, & cōuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnē infirmitatem, &c. Mat. decimo. Et vocauit xij & cæpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum, &c. Marc. 6. Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis dedit illis poteſtatem & virtutē ſupra omnia Dæmonia, & vt languores curarent, & miſit illos prædicare regnum Dei, & curare infirmos, &c. Luc. 9. cap. *Mat. 10* *Mar. 6.*

Neve redundantem cumulato germine meſſem
Exiguis Dominus ſineret languere colonis,

Di-

Diſcipuloſq; alios, quorum mẽs conſcia recti
Puraq; ſimplictas, numero, meritoque reſulgens
Aurea libra fuit, velut agnos præcipit inter
Sanguineos properare lupos, aſſumite dicẽs
Iura poteſtatis, nullum metuatis ut hoſtem
Vipereaſq; minas, & ſcorpi inimica venena
Omnia uirtutis ſenſu calcate fideli, &c.

Sedul.li. 3. Idem ſuo eod. 3. lib. ſuorum Diuin. mirab. Quin. i. etiam & præficiet. i. cuſtodes ſtatuet foribus. i. Ianuæ olympi. i. cæli radiantis, & iubebit ſeruare aditus, ideſt ingreſſum, & aurea clauſtra. i. loca in quibus quis clauditur, quaſi dicat dabit poteſtatem ligandi & ſoluendi. Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terrã, erit

Mat. 16 ſolutum & in cælis, &c. Mat. 16. & idem cap, 18. Amen dico uobis quæcunque alligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cælis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta, & in cælo, &c. Queis pro quibus non ulla uis ſæua. i. aliqua uis Eumenidum. i. furiarum, ſeu ſerpentum queat nocere, que pro & poſtes diri umbrarum, id eſt inferi obſiſtere. i. & portæ inferi non præualebunt, ut ſuperius 2. capite ait Euangeliſta. Tum, id eſt deinde paſſim, id eſt vulgo inſtituet. i. ordinabit ſedes emeritis, id eſt Apoſtolis poſt labores paſſos in uita per

aſtra duodena, id eſt per duodecim tribus.
Turba diſtincta, ideſt ſeparata de more ſequetur ſuos Duces. illi dabunt leges; & dabunt ſancta iura uocatis. Læti id eſt hilares plauſu atque felices agmine, id eſt copia ſpirituum Beatorum, qui iam relictis remis, que pro & cymba, id eſt naui conſcendent alta culmina cæli ſerenati. Tunc reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico uobis, quòd uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis, & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael, &c. Matth. decimonono. *Mat.* 19
Præterea, id eſt præter ea quæ dicta ſunt (ſi ſupple eſt certa fides, nec ſupple ſunt gaudia uana futuri) etiam ſpectabimus, id eſt ſpectãdo cernemus undas cognatas, id eſt proprias aquas uerti, id eſt mutari in latices Lenæos, id eſt uinum. Lenæus autem dictus fuit Bacchus. Ea prima arcana, id eſt miracula Rex Deum pro Deorum, id eſt Chriſtus Saluator oſtendet hos primos honores per ſigna imperij latè accepti, id eſt tanquam Rex Regum, Lympha, id eſt aqua mirabitur ſuos auſtus, id eſt mutationem, & augmentum iuſſa, ſcilicet ipſa lympha ſpumare, id eſt ſuperabundare per capaces pateras, que pro & largè diffundere

dere nouum inſuetum nectar & hilarare.i. læ-
tificare menſas.i. conuiuas, & felices hyme-
næos.i.nuptias, & die tertia nuptię factæ ſunt
in Chana Galilææ,& erat mater Ieſu ibi, vo-
catus eſt autem Ieſus ad nuptias, & deficien-
te vino, dicit mater Ieſu ad eum, vinum non
habent: & dicit ei Ieſus. Quid mihi,& tibi eſt
mulier? nondum venit hora mea, dicit mater
eius miniſtris: quodcunq; dixerit uobis faci-
te. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ
ſecundum purificationem Iudæorum, capien
tes ſingulæ metretas binas vel ternas: dicit eis
Ieſus. implete hydrias aqua, & impleuerunt
eas vſque ad ſummum,& dicit eis Ieſus: hau
rite nunc,& ferte Architiclino, & tulerūt: vt
autem guſtauit architriclinus aquam vinum
factam,& non ſciebat vnde eſſet; Miniſtri au-
tem ſciebant, qui hauſerant aquam,vocat ſpō
ſum Architriclinus, & dicit ei. omnis homo
primum bonum uinum ponit,& cùm inebrie
ti fuerint,tunc id quod deterius eſt: tu autem
ſeruaſti bonum uinum,vſque ad huc. hoc fe-
cit initium ſignorum Ieſus in Chana Galilææ
Ioan. 2. &c.Ioann.cap.ſecundo. Aquæ rubeſcunt hy-
driæ mutauit vnda originem. Eccleſia in hy-
Eccleſia. mno Epiphaniæ,& Sedul.in principio 2. libri
diuin.mirab.

Prima ſuæ Dominus thalamis, dignatus ad-
eſſe

Vir-

Virtutis documēta dedit, conuiuaq; præſens
Paſcere non paſci ueniens (mirabile) fuſas
In uinum conuerti aquas, ammittere gaudēt
Pallorem latices, mutauit læta ſaporem
Vnda ſuum, largita merum, menſaſq; per oēs
Dulcia non nato rubuerunt pocula muſto.
Impleuit ſex ergo lacus hoc nectare Chriſtus
Quippe ferax, qui uitis erat uirtute colenda.
Omnia fructificans, cuius ſub tegmine blādo
Mitis in occiduas enutrit pampinus uuas.

Et Iuuen. ſuo lib. 2. de Euang. hiſto.

Interea thalamis connubia feſta parabant
In Regione Chanaam, ubi mitis mater Ieſu
Cum nato pariter, conuiuia concelebrabant.
Vina, ſed interea conuiuis deficiebant.
Tum mater Chriſtum per talia dicta precatur.
Cernis lætitiæ iam defeciſſe liquorem?
Adſint nate bonis ex te data munera menſis.
Illi reſpondet terrarum gloria Chriſtus.
Feſtinas Genitrix, nondum me talia cogit
Ad victus hominum tempus cōcedere dona.
Menſarum tunc inde vocat lætata miniſtros
Mater, & imperiis nati parere iubebat.
Sex illi fuerant ſaxis per pulchra cauatis
Vaſcula, quæ ternis aperirent Ilia metris.
Hęc iubet è fontis gremio cōplere miniſtros.
Præceptis parent, iuuenes, vndaſq; coronant
Completis lapidum labiis, tum ſpuma p̄ oras

Com-

Commiſtas vndis auras ad ſumma volutat,
Hinc iubet, ut ſummo tradant guſtanda miniſtro.
Ille vbi percepit uenerandi dona ſaporis,
Neſcius in uini gratum tranſiſſe liquorem,
Egeſtas nuper puris de fontibus undas
Increpat ignarum ſponſum, quod pulchra reſeruans
Deteriora prius per menſas vina dediſſet.
His ſignis dignè credentum diſcipulorum
Perpetuam ſtabili firmauit robore mentem.

Nec ſemel ille, ſcilicet Saluator euectus in altum æquor remis cùm iam accipiet, id eſt intelliget ſocios, id eſt diſcipulos rediiſſe labore fruſtrato, quaſi dicat quia piſcantes tota nocte, & laborantes nihil ſagena traxerant, ditabit ingenti prçda, id eſt piſcium multitudine, quam acceperant retis iactu Dominico iuſſu. & exponet cumulos vdos ſquamigerum pro ſquamigerorum, id eſt piſcium copia uda in alga ſtrata etiam increpitans premet, id eſt ſedabit iratos fluctus imperio, ſcilicet ſuo, id eſt propria uirtute, que pro & procellas tumidas & miſcentes, id eſt turbantes imo gurgite, id eſt ex profundo arenam turbatam gurgite, & iam merſuras, id eſt ſummerſuras puppim ſuperiecto æquore arduus impetus, vnde cedet atque, id eſt tali modo ut putares, i. quilibet putare poterit audiſſe, ſcilicet procella iuſſa,

id eſt

id eſt præcepta minantis, ſcilicet Chriſti iubẽtis, & Euros, Zephyroſque & Coros ouantes turbine. Corus eſt ventus flans ab occaſu ſolſtitiali. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos Ieſus ambulans ſupra mare, & vidẽtes eum ſuper mare ambulãtem, turbati ſunt dicentes, Quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt, ſtatimque Ieſus locutus eſt eis dicens. habete fiduciam, ego ſum, nolite timere: reſpondens autem Petrus dixit, Domine ſi tu es, iube me ad te uenire, ſuper aquas, at ipſe ait, veni. & deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum, videns verò ventum validum timuit, & cùm cæpiſſet mergi, clamauit dicens. Domine ſaluum me fac. & continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum, & ait illi, modicæ fidei, quare dubitaſti? & cùm aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit ventus, qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes. verè filius Dei es, &c. Matth, quartodecimo. Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum dicentes: Domine ſalua nos perimus, & dicit eis Ieſus: quid timidi eſtis modicæ fidei? tunc ſurgens imperauit uẽtis,

& ma-

& mari, & facta eſt tranquillitas magna, por rò homines mirati ſunt, dicentes, qualis eſt hic, quia mari, & venti obediunt ei? Idem ca. octauo. Factum eſt autem in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius, & ait ad illos: transfretemus trans ſtagnum, & aſcenderunt, & nauigantibus illis obdormi uit, & deſcendit procella uenti in ſtagnum, & compellebantur, & periclitabantur accedentes autem ſuſcitauerunt eum dicentes. Præce ptor perimus, at ille ſurgens increpauit uentũ & tempeſtatem aquæ, & ceſſauit. Et facta eſt tranquillitas: dixit autem illis. ubi eſt fides ueſtra? qui timentes mirati ſunt adinuicem, dicentes: Quis putas hic eſt? quia uentis & mari imperat, & obediunt ei? &c. Luc. octauo. Et ait illis in illa die, cùm ſero eſſet factũ tranſeamus contra, & dimittentes turbam, aſ ſumunt eum ita, ut erat in naui, & alię naues erant cum illo, & facta eſt procella magna vẽti & fluctus mittebat in nauim ita, ut implere tur nauis: & erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi. Ma giſter non ad te pertinet, quia perimus? & exurgens comminatus eſt vento, & dixit mari, tace, obmuteſce, & ceſſauit ventus, & facta eſt tranquillitas magna, & ait illis, quid timidi eſtis? nec dum habetis fidem? & timuerunt ti more magno, & dicebant ad alterutrum, quis

pu-

puta s eſt iſte, quia uentus & mari obediūt ei?
Marc. quarto.
Iuuenc. eo. ſuo lib. 2.
Conſcendunt nanem, ventoq; inflata tumeſcunt
Vela ſuo, fluctuq; volat, ſtridente carina;
Poſtquàm altum tenuit puppis, conſurgere in iras
Pontus & immenſis hincinde tumeſcere vētis
Cæpit, & ad cælum rapidos ſuſtollere mōtes
Et nunc mole ferit puppim, nunc turbine proram.
Illiſoſq; ſuper laterum tabulata receptant
Fluctus, diſiectoq; aperitur terra profundo
Interea in puppi ſomnum carpebat Ieſus
Illum diſcipuli pariter, Nautæq; pauentes
Euigilare rogant, pontiq; pericula monſtrant
Ille dehinc, quàm parua ſubeſt fiducia vobis
Infidos animos timor irruit, inde procellis
Imperat, ac placidam ſternit ſuper ęquora pacem
Illi inter ſe ſe timidis miracula miſcent
Coloquijs, quæ tanta illi permiſſa poteſtas
Quodve ſit Imperium, cui ſic freta concita ventis
Erectæq; nimis ſubmittant colla procellæ *Iuu. li. 2.*
Inde marina petens arentes greſſibus algas
Preſſit, & exiguæ conſcendens robora cymbę.
Æquoreas intrauit aquas, Dominūq; ſequētes

Diſcipuli placido librabant carbaſa ponto.
Iam procul a terris fuerat ratis, actaq; flabris
Sulcabat medium puppis ſecura profundum;
Cùm ſubitò fera ſurgit hyems, pelaguſq; procellis
Vertitur, & trepidam quatiunt uada ſalſa carinam.
Perculerat formido animos, ſeſeq; putabant
Naufraga littoreas iam tendere brachia ſaxis:
Ipſe autem placidum carpebat pectore ſomnum
Maieſtate vigil, quia non dormitat in æuum
Qui regit Iſrael, neq; prorſus dormiet vnquã.
Ergo vbi pulſa quies, cunctis clamantib. vna
Voce ſimul, miſerere citus, miſerere, perimus:
Auxilio ſuccurre pio, nil vota moratus
Exurgens Dominus validis miteſcere ventis
Imperat, & dicto citiùs tumida ęquora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
In Dominum tumidas, quæ ſurgere cogeret vndas,
Nec metuenda truces agitabãt flumina vires:
Sed lætum exiliens, Chriſto mare compulit imum
Obſequio feruere fretum, rapidoq; uolatu
Mouerunt auidas ventorum gaudia pennas.
Sedul. lib. 2.

Quid

Quid loquar, vt.i.quomodo paſcet.i. cibabit per gramina numeroſas cateruas.i.quinq; milia hominum appoſit: vulgus miſerabile, viros, atq; pariter matres, id eſt mulieres gemino piſce, id eſt duob. piſcibus & exiguo munere Cereris.i. quinq; panibus hordeaceis, vt id eſt adeò iam fragmenta redeunt bis ſenis caniſtris? cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eũ dicit ad Philippum; vnde ememus panes, vt manducent hi? hoc autem dicebat tentans eũ ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus, reſpõdit Philippus ei: ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat: dixit ei vnus ex diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tantos? dicit ergo Ieſus: facite homines diſcũbere. Erat autem fænum multum in loco: diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinq; milia: accepit ergo Ieſus panes & cùm gratias egiſſet diſtribuit diſcũbentibus: ſimiliter & de piſcib. quátum volebãt. vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite quæ ſuperauerũt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piſcibus, quę ſuperfuerunt eis, qui manducaue-

rant,&c.Ioan.6.Et accedentes duodecim dixerunt illi dimitte turbas,vt euntes in caſtella villaſq; quæ circa ſunt, diuertant & inueniãt eſcas,quia hic in loco deſerto ſumus: ait autẽ ad illos: vos date illis manducare,at illi dixerunt non ſunt nobis pluſquam quinq; panes & duo piſces, niſi fortè nos eamus & emamus in omnem hanc turbam eſcas. Erant autem ferè viri quinque milia: ait autem ad diſcipulos ſuos: facite illos diſcumbere per conuiuia quingenos, & ita fecerunt, & diſcubuerunt omnes. acceptis autem quinq; panibus, & duobus piſcibus,reſpexit in cælum, & benedixit,& fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante turbas, & manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt,& ſubleuatũ eſt, quod ſuperfuit illis fragmentorum cophini duodecim,&c. Luc.nono. Veſpere autẽ facto acceſ-
Luc. 9. ſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes: diſertus eſt locus, & hora iam prȩteriit,dimitte turbas, vt exeuntes in caſtella emant ſibi eſcas: Ieſus autem dixit eis: non habent neceſſe ire date illis vos manducare: reſponderunt ei, non habemus hic niſi quinque panes,& duos piſces, qui ait: afferte mihi illos huc, & cùm iuſſiſſet turbam diſcumbere, ſuper fænum, acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum,benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes: Diſcipuli autem turbis &

manducauerunt omnes & ſaturati ſunt,& tulerunt teliquias duodecim cophinos fragmẽtorum plenos, manducantium autem fuit numerus quinque milia virorum exceptis mulieribus & paruulis,&c.Matt.14.Et cum iam hora multa fieret,acceſſerunt diſcipuli eius dicẽtes: deſertus eſt locus hic, & iam hora præterijt,dimitte illos,vt euntes in proximas villas, & vicos,emant ſibi cibos,quos manducent,& reſpondens ait illis, date illis manducare, & dixerunt ei, eũtes emamus ducentis denariis panes & dabimus illis mãducare? Et dicit eis quot panes habetis? ite & uidete, & cum cognouiſſent dicunt quinque, & duos piſces,& præcepit illis ut accumbere facerent omnes ſecundum conturbenia ſuper viride fænum, & diſcubuerunt in partes per cẽtenos, & quinquagenos,& acceptis quinque panib. & duobus piſcibus intuens in cælum, benedixit, & fregit panes,& dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus. Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt reliquias fragmentorũ duodecim cophinos plenos,& de piſcibus,erant autem, qui manducauerant quinque millia virorum &c.Marc. ſexto. Aut vt.i.quomodo nocte intempeſta gradiens per altum.ſ. mare ponet veſtigia libera ponto ſub ſtrato, que pro & vix tanget vndas pede ſicco pro pedibus non hu- Mat.14

*Mat.*14 mefactis, vt inquit Matt. c. 14. quod ſuperius adduximus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos Ieſus ambulans ſuper mare, & vidẽtes eum ſuper mare ambulãtem, turbati ſunt dicentes, quòd phantaſma eſt &c. ſcilicet olli pro illi blandæ .i. benignæ Nereides adnabũt, ideſt geſtiendo applaudent paſſim freta humida ſternent ſe. Tum Neptunus excitus .i. commotus, ſeu experrectus ab imo fundo agnoſcet Dominum .i. creatorem, que pro & poſito tridente .i. fiſcina, qua vti ſceptro utitur, fabuloſum eſt maris Deum Neptunũ eſſe Poetarum figmentum eſt. Creator .n. & totius opifex Deus eſt. hic verò Poeta noſter nihil aliud aſſerit, quàm omnia animata & inanimata noſcere eum eidem obnoxia eſſe, & obediẽtiam præſtare manifeſtum eſſe. Qui dominaris (ergo ait Pſalmographus) poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas Pſal.
*Pſa.*88 88. ſequitur textus cum Phorco, que pro & Glauco, & Comitatu ſemifero proſiliet .i. iubilando ſaliet Phorcus fuit Neptuni & Thooſæ Nymphæ filius, Rex Corſicæ & Sardiniæ Inſularum, quem ab Atlante nauali prelio victũ vndaque obrutum poſtea ſocij ſuperſtites in marinum Deum conuerſum dixere, eiq; diuinos honores exibuere, & fuit Meduſæ Pater. Glaucus etiam Deus marinus fingitur ex piſcatore conuerſus in Deum gramine guſtato,

ſtato, quæ pro & trepidus.ſ. ipſe Neptunus dabit oſcula ſacris plantis. hic Proteus noſcens proprias non ſufficere vires ad geſta Dominica proferenda, quamuis etiam ſibi aliūde eloquentia contingeret, metaphoricè, inquit, ſed quid.i. cur ego? vectus ſuper alta, ſcilicet maria exili phaſello.i. exigua naui, ſeu paruula cymba, ſequor memorans cuncta? quaſi dicat cùm non poſſim, Non ſi antra parnaſia, quę pro & aditus ſacros, atque aurea limina pandant mihi.i. aperiant ſufficiam, non ſi centum ora ferrea ſonent mihi, quę pro & cētum linguæ è gutture ærato uocibus expument.i. reſonent, ſeu excitent Phæbum agitantem, i.cō mouentem pectora, ſcilicet mea membra, valeam enumerare actus laudatos.i. geſta mira, & omni laude digna venturi Principis, id eſt Chriſti Redemptoris, quę pro & ſingula amplecti nouo cantu.

HAEC Senior quondam felici pectore Proteus
Vaticinans (ut forte meo diuerterat antro)
Præmonuit, nunc euentus ſtat ſigna futuri
Expectare, nitor roſeo, ſed fulſit ab ortu
Clarior: & radijs Dux præuia matutinis
Oceani procul extremo ſe littore tollit
Exoriens Aurora, ſinuſq; induta rubentes
Ante diem citat auricomos ad fræna iugales

Et iam conſuetis tempus me currere ripis
Vndantem, magnoſq; lacus, & prata ſecantem
Vorticibus, uiden ut noſtros agit impetus amnes?
Iordanemq; uocat tumidarum murmur aquarũ.

HAEC Senior, &c.] Fluuius ipſe Iordanis præmonitus à Protei vaticinio, idque firmiter credens, atque haud dubiè aſſerens, inquit ſe prædicti, præconizatiq; ſigna uaticinij expectare, & demum oculata fide cernere vnde ait. Ordo eſt. hæc ſ. ſuperius iam dicta, ſeu narrata quondam. i. olim, ſenior Proteus vaticinans felici pectore præmonuit (vt fortè diuerteret meo antro). i. cũ fortuna quodam die ad meum ſe contulerat antrũ. nunc ſtat, id eſt fas eſt expectare ſigna futuri euentus. Sed nitor, id eſt ſplendor clarior fulſit ab ortu roſeo, id eſt ſtella, quam magi viderunt in oriẽte, & aurora matutina appoſitoriè Dux præuia. i. prænuncia radiis. ſ. ſuis matutinis procul ab extremo littore exoriens. i. naſcens ſe tollit, que pro & induta rubẽtes ſinus antè diem. i. diluculo citat. i. excitat, & agitat iugales. i. equos iugum ſuum trahentes auricomos. i. aureos habentes crines ad fræna, & iã tempus ſupple eſt me vndantem currere conſuetis ripis, que pro & uorticibus. i. repentinis flatibus ſecantem. i. rigantem prata, & magnos

Lucus,viden, ideſt an ne uides, vt.i.quomodo impetus agit noſtros amnes? Et murmur aquarum tumidarum uocat Iordanem.ſ.me? Ideò talia refert, quoniam ob lætitiam maximam uenturæ felicitatis a Proteo prædictæ ſe commoueri, & tumeſcere penitus aquarum cumulo ſentiebat.

SIc fatus confeſtim humeris circumdat amictus
Inſolitos,quos pulchræ udis neuere ſub antris
Naiades,molli ducentes ſtamina muſco,
Sidonioq; rudes ſaturantes murice telas,
Aurea conſperſo uariarunt ſidera limbo,
Atque ita ſe tandem currenti reddidit alueo
Spumeus,& motas aſpergine miſcuit undas.

SIc *fatus, &c.* Poſt talia quæ magnoperè geſtiens Iordanis retulerat, refert modò Poeta qualiter diſceſſerat,& quali indutus veſte ſe immiſcuit vndis ſuis & euanuit. Ordo eſt. Sic fatus.i.poſtquàm ita allocutus fuit confeſtim circumdat inſolitos amictus humeris,quos.ſ.amictus pulchræ Naiades.i. Nymphæ fluminum neuere pro neuerunt ſub antris vdis.i.madidis,ducentes ſtamina.i. filātes molli muſco.i.herba viridi illa naſcēte in fontium,ſeu fluminum ripis, que pro & ſaturantes.i.contexentes,& implētes telas rudes mu-

rice Sidonia.i.purpura ſidera aurea variarũt .i. vario modo ornauerunt limbo ornaméto veſtis extremitatem ambienti conſperſo.i.variè ornato, atque ſpumeus ita ſe reddidit tandem alueo.i.ſuo currenti, & miſcuit.i. cómouit, ſeu agitauit undas motas aſpergine, id eſt aſperſione aquarum ex vehementi uortice, ſeu venti ex æquoris imo vi efflantis facta, ut ſæpiſſime accidit, & ferè omnibus quotidiana experientia liquidò aperit.

HACTENVS ò ſuperi partus tentaſſe verendos
Sit ſatis, optatam poſuit me dulcis ad umbram
Pauſilypus, poſcunt neptunia littora & udi
Tritones, Nereuſq; ſenex, Panopeq;, Ephyreq;
Et Melite, quæq; in primis mihi grata miniſtrat
Ocia, Muſarumq;, cauas, per ſaxa latebras
Mergellina, nouos fundunt ubi citria flores,
Citria Medorum, ſacros referentia lucos;
Et mihi non ſolita nectit de fronde coronam.

HACTENVS ò *ſuperi, &c.* § Impoſiturus Poeta extremam manum operi ſuo, inquit, inuocando ſuperos ſatiſdictum fuiſſe, & enarratum, atque Virginei partus myſteriũ, quo ad vires potuerunt ſcripſiſſe, nunc quieſcere & vitæ honeſto, & decenti ocio indulgere, & demum Pauſilypi amænitate frui velle,

vnde ait. Ordo eſt. O ſuperi ſatis ſit, id eſt ſufficiat hactenus. i. hucuſque tentaſſe, id eſt ſcripſiſſe partus verẽdos plurali numero vſus eſt pro ſingulari. Pauſilypus dulcis. i. amænitatẽ loci plenus poſcit me ad vmbram optatã. Pauſilypus locus eſt Neapoli extra mænia nõ longè ab vrbe propè Mergellinen. hic ambo confines & contermini. Locus quidem amæniſſimus, ſitu, inſignis, viſuq; delectabilis, incolatu dignus, aere ſaluberrimo, prope maris littus, habenſque circumuicinos colles uariis diuerſiſque arboribus, herbis & floribus refertos vulgo dicitur. Puſilico. Littora Neptunia, & vdi Tritones poſcunt me, que pro & Nereus ſenex, Panope, Ephyre, & Melite, Triton Deus eſt maris Neptuni filius & Salacię Nymphæ, quem fingunt Poetę Neptuni tibicinem eſſe. Nereus Deus eſt maris Oceani, & Tethyos filius, Panope Nympha marina ẽ Ephyre, eſt Nympha Oceani & Tethyos filia Melite, eſt etiam Nympha, que pro & in primis, id eſt præcipuè Mergellina, quæ mihi miniſtrat grata ocia per ſaxa, id eſt antra, & cauas latebras, Muſarum, vbi citria fundunt nouos flores, id eſt emittunt citria referentia, id eſt repræſentantia lucos ſacros Medorum. Media Regio eſt in Aſia a Medo Medeæ, & Ægei Athenienſium Regis filio nominata, quam aliqui in duas partes diuidunt, quarum alte-

ram maiorem uocauere alteram Atropatram hic intelligit Poeta Mediam Magnanimam maiorem, quæ apta eſt equis paſcendis, vnde Pratum, quoddam eſt in eo paſci dicuntur equorum quinque milia. Regium id Armentum eſt. Et mihi nectit (inquit Poeta in vltimo carmine) coronam de fronde non ſolita vult ipſe innuere, ſi veluti Poeta olim dignus fuerat corona, qua cæteri Poetæ coronantur, & eadem Laurea, poſt editum & abſolutum ſanctum hoc & diuinum Poema meruit corona eadem coronari, ſed non laurea; & ſic ſolita, at de fronde non ſolita, quaſi dicat maiori, & digniori, & hoc eſt, quod ait mihi nectit coronam de fronde non ſolita.

Finis laus Deo Beatæq; Virgini.

EGO Don Lazarus Cardona V. I. D. qui commentaria hæc edidi, ſi quid forte in eis inueniretur, quod Chriſtiano ſenſui minime conſonaret id indictum & infectū habeatur, & me totum Fidei Sanctæ, orthodoxæ, & Catholicæ Eccleſiæ ſubiicio in cuius gremio natus ſum, vixi, viuo, & (Deo dante) mori volo Regi ſeculorum immortali, inuiſibili ſoli Deo honor & Gloria.

IN ZOILVM DETRACTOREM eiuſdem Don Lazari Carmen.

SI dum noſtra legis forſan non illa placebunt
Sit ſatis, atque ſatis, ſit ſatis uſque decet.
Sed ſi dente paras genuino rodere forſan,
Improbe Mordacis Zoile nomen habes.
Et tua dum ſpargit uirus non recta loquendo
Lingua, tibi illudis, detrahis atque tibi.
Non mihi, nec noſtris a te ſic miſſa uenena
Sed tibi, quæ ſpargunt uerba maligna nocent
Deſine ſacrilego noſtras lacerare camænas
Ore, pias, fugiat poſtica ſanna procul
Virginis hæc pugnant Diuæ ſub numine noſtræ;
Et clypeo certant nomine tuta diu.

IN EVNDEM CARMINA, QVORum laborioſa compoſitione ductus Poeta, vt nomen & cognomen vtrinq; exprimerent in dictione opem vſus eſt, Z, quam latinæ dictiones in fine, vt, M, fungatur officio non patiuntur. Nam Græca littera eſt, & in latinis dictionibus non vtimur.

D ura tibi ceruix, ſi carpis carpere & illuD
O s proprium lacerat, ſic ſceleratus homO
N oſtra placent forſan nunc cõmentaria ſi noN
L audentur potius, ſintque probanda ſimuL.
A ſpirat uirgo, præſtat nam protinus illA
Z ona circundans virginitatis opeʒ.
A ſtat Regina a dextris circundata diuA.
R egnando Nati, cum pietate ſatuR
O mnibus, uſq; precor faueat Sãctiſſima VirgO
C æptis, & fini numine cordis ut aC
A uxilio dignum faciet pia mente benignA
R ex quoque cæleſtis confoueatq; pateR
D ulce leuamen erit ſemper præſtabilis iſtuD
O ſtendet cordi lumina Sancta meO
N unc Deus oĩpotens ueneror dulciſſime nomeN
A t tu Saluator crimina terge meA.